





1698.

15<sup>a</sup> b. Geisselkott, Joh. Tiedemann: De petitione reno-  
vatiōis impēstis Toscāe fendi. 2 Sampl.

1. Kalt, Johannes Jacobus: De obligatione person-  
um erga cōtrahentes [pag. 65-80 dicitur.]

1699.

1. Dahmen, Nicolaus, " : De emphasi verbalis  
et inferim "

2. Müllhausen, Joh. George: De conditione  
urgi sponsalibus utjecta

3. Lambsdorffius, Otto Philippus: De iuris actionis  
praejudicialeis et cōitate

1700  
15<sup>a</sup> b. Greßmann, Johannes: De supremo iurisdictio-  
nis dominio. 2 Sampl.

2. Hück, Otto Tiedemann: Theses miscellaneae  
theoretico-practicae.

3. Seiler, Christ. Gottlieb: Prolegomena quaedam per hys  
qui in utroque et casu, in quibus profanū nato  
habetur. Rei. 1723.

1700

7. Faure, Alphonse, M<sup>r</sup> Plébyus : De revocatione  
donacionum ex 1.8 c<sup>o</sup>. fin. C. de rev. donation.

1701.

1. Guers, Franciscus Albertus : De iure bonorum  
sum emptoribus in fundo emptoribus, quaque  
summodi modis

2. Helfrich, Comarus : De inventario in genere.

3. Schombart, Didericus : De confusione obligationum

1704

1. Gander, Otto Habold : De summa appellabili  
duabus p<sup>o</sup> 4 datis hec 112 c<sup>o</sup>. sec. 2. i. n. de amio  
1654

2. Preck, Fridericus : De postal potestate postulatum  
arum testamentarum privatorum

3. Waldegrave, Dr. W. Stiles : De exceptione do-  
minicis ejusque efficacia

4. Gravies, Augustinus : An et qualiter a contracto  
emphorius venditom, data arcta, certior licet?

1704

5. Faustus Kiefferus, Otto Pischmann: De vulgaris subtilitate.

tabone

1706.

1. Raesfeld, Jakob: De pactis ipsorum cum officiisibus.

2. Schiffer, Jacob Albert: De protestationibus judeo-  
christianis.

3. van der Velde, Cornelius: De iustis et subiunctiōnēs  
dominiorum principum Germaniae loca vel cōtra  
cōtra. . .

1707.

1. Brandt, Jakob Jacobus: Proscriptio  
fendali . . . 25 Sept. 1707 - 1713.

2. Pagensischer, Jak. Fr. v. W. Mohr: De jure sanctorum

10.

72





Geisweidt de petitum renat. in effite.

1759. DISPUTATIO INAUGUR. JURIDICA

*De.*

1709. 1.

*11*

JURE TUM DOMINI  
TUM EMPHYTEUTÆ IN  
FUNDO EMPHYTEUTICO,  
EJUSQUE FINIENDI  
MODIS.

*QUAM*

*Sub PRÆSIDIO*

SACROSANCTÆ & INDIVIDUÆ TRINITATIS  
EX DECRETO & AUTHORITATE  
*Nobilissimæ, Amplissimæ, Consultissimæ,*  
FACULTATIS JURIDICÆ,  
IN CELEBERRIMA UNIVERSITATE  
MARBURGENSI,

*Pro summis in utroq. jure honoribus, privilegiis, Dignitatibus,  
atq. immunitatibus DOCTORALIBUS rite decenterq.  
consequendis.*

PUBLICÆ AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI  
Censuræ, ac placidæ discussioni.

*Ad diem I. Septembr. Anno M DCCI,*

Ventilandam submittit

FRANCISCUS ALBERTUS EVERS,  
ERWITTENA WESTPHALUS.

*Marburgi Cattorum, Typis Joh. Henrici STOCKIL.*

DISPUTATIONE IN IURIDICE

IN MOCOBIA

METROPOLITANAE

ACADEMICAE

DISPUTATIONE

IN MOCOBIA

METROPOLITANAE

ACADEMICAE

J

stin  
dic  
nis  
tun



I. N. D. J. C.  
CAPUT I.

*De*

JURE DOMINI  
DIRECTI.

THESIS I.



Quandoquidem prætermis aliis, ad hanc materiam satis celebrem pertinentibus, justum Domino, tum Emphyteutæ, in fundo Emphyteutico competens, hujusque amittendi modos, omissis, quæ de origine, constitutione, acquisitione nec non successione &c. disputationi solent proponere saltem destinari, definitione per transitum tactâ (quâ Emphyteus in dico, esse jus, in re immobili à Domino alicui sub lege canonis, in recognitionem Dominii directi præstandi, constitutum, ita, ut possit hic re uti, frui, ac de illâ pro arbitrio quo-

A

dam-

dammodo restricto & dependente ab alio, disponere) ipsum rubro correspondens argumentum aggredior; Cumque definitio præmissa ostendat, Dominum in fundo, pleno dominii jure suo, alteri jus aliquod dominii constitutere, non tamen omnem dominium à se per hanc constitutionem abdicare, sed potius aliun in participationem quandam dominii vocare, necessum est sequi, jus aliquod dominii, licet magis formaliter, quam effectivè, & quoad emolumenta tale, apud constituentem permanere; quod relativè ad illud, quod Emphyteuta constitutum est, superius vocatur.

## THE S. II.

**C**um autem facile contingere possit, ut temporis diu-nitatem, quæ ad naturam hujus juris spectat. l. 1. pr. h. t. directi dominii vestigia elidantur, hinc in recognitionem illius singulis annis canon ab emphyteutæ præstandus est. l. 1. l. 3. C. cod. adeo, ut isthæc canonis præstatio, uti fides de feudi, ita de emphyteuseos essentiâ habeatur; Vinnius ad §. adeo. Inf. d. loc. & cond. Bachov. ad Treutl. V. 1. disp. 29. th. 7. liz. F. Unde licet sterilitas magna contingat, canonis solutione nihilominus, nequidem quoad partem, emphyteutæ liberatur; tum quia pensio fructibus proportionata non est, (nam hoc casu ad naturam conductoris proximè accederet, adeoque & ejus jure merito hac in re uteretur, si quidein cessaret ratio legis l. 1. C. b. tit.) tum etiam, quia Zeno Imp. rescribit, particularè damnum, ex quo non ipsa rei substantia penitus lœdatur, cedere Emphyteutæ. §. 3. Inf. d. locat. cond. Ex quâ ipsa ratione infertur, (1.) quod fundo ad hostibus occupato, pensio remitti debeat, cum effectu inspecto totalis ejus interitus habeat l. 1. C. b. t. maximè cum ex ratione juris res fiat hostium occupantium. (2.) quod justa causa denegandi canonis non sit, si Emphyteuta à tertio possessione fundi emphyteutici

¶( 3 )¶

teutici spoliatum se dicat, cum enim ipse ordinario juris reme-  
dio ad juris sui revocationem consulere sibi possit, l. ult. C. d.  
action. empti. nec per amissionem possessionis sibi competens  
utile dominium perdiderit, solutionem canonis utique fru-  
stra denegat, Anton. Faber in C. lib. 4. tit. 43. defin. 33.

T H E S. III.

**R**Atione canonis emphyteutici, tacitam Domino hypo-  
thecam nonnulli tribuunt; inter quos etiam est Anton.  
Faber in Cod. loc. cit. def. 7. Carpz. 1. conf. 28. def. 54. per tot.  
C. 2. conf. 38. defin. 10. Quibus vel ideo assentiri nequeo, quod  
eorum doctrina nullo espresso textu subnixa sit, sine quo ta-  
citam hypothecam non introduci, tralatitium est; per l. 1. ibi,  
hypothecarum ab ipsa lege. &c. C. Commun. d. legat. l. 6. & fin. C.  
de. bon. que lib. adeo ut nec paritas vel majoritas rationis aliud  
efficiat. Neguzant. tr. d. pign. membr. 4. n. 102. Idem de lau-  
demii non solutis judicium esto. Franzk. de laudem. cap. 16.  
n. 123. Cujus omnino consequens est, Dominum contra ter-  
tium, in quem licetè Emphyteusis alienata est, ad solutionem  
canonis antea cessi, agere non posse, tunc enim, quia prior  
possessor emphyteuta esse desit, & novus à Domino per ad-  
missionem approbatus, neque novus in pristinum contra-  
rium succedit, sed potius alium & diversum cum Domino  
directo celebrat, ob factum antecessorum hunc teneri fuerit  
per absurdum. Solā itaque actione ex contractu emphyteu-  
ticō natā, ad solutionem canonis contra primum emphyteu-  
tam experiatur, necesse est. arg. l. 1. h. t. juncta l. 2. C. eod.

T H E S. IV.

**S**Icuti canon emphyteuticus ex eo, quod res emphyteutica  
meliorationibus pinguior, & auctior reddatur, augeri non  
debet. Carpz. 2. c. 38. d. 22. ita nec ob hoc, quod eadem mi-

A 2

nuatur,

¶( 4 )¶

nuatur, canon minuendus est, sed tam diu integersolvendus, donec aliquid de re emphyteuticā supererit, tametsi parum utilitatis ex eā possessor percipiat, Gail. 2, o. 23. Non aliter ergo liberatur, quam si tota perierit, juxta illud vulgare. SI PEREAT TOTA, LIBERABITUR EMPHYTEUTA, SI PRO PARTE PERIT, NON ITA LIBER ERIT; Franc. Fulgineus tr. d. jure Empb. rubr. d. Solut. Can. q. 1. n. 91. Nec ideo tamen fundum Emphyteuticum corrosione V.G. fluminis imminutum, invito Domino deserere licebit, cum Emphyteus non per modum beneficii, sed contractus, in quo mutuæ præstationes sunt, concedatur. Quod multò magis obtinebit, si paulatim, & per negligentiam possessoris, qui in ripâ muniendâ, aut protegendâ diligens non fuit, prædio emphyteutico damnum evenerit, ceu adducto præjudicio probat Anton. Faber. loco. cit. def. 37.

T H E S. V.

D Omino directo canonem non solutum petente, è contra emphyteuta à se solutionē debiti factam affirmante, huic, cum excipiendo fiat auctor, probatio intentionis suæ incumbit. l. 1. de exception. l. ci incumbit. de probat. Carpz. p. 2. c. 10. defin. 18. Ex quo verò probare poterit, tribus ultimis annis se solvisse, ob præsumptionem inde enascentem, onere probandi non mediocriter sublevatur. l. 3. C. d. Apob. publ. Illud etiam monendum, pensionem solvendam esse opportuno loco. l. 39, ff. de solut. qui si non expressus, domus Domini adiri debet, sive ejusdem, sive diversi fori sit. l. ult. C. d. condit. insert. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 29, th. 2. lit. H. circa fin. Strauch. dissert. ad. jus Iustin. 17. aph. 3. princ.

T H E S. VI.

Q uando de factâ solutione Emphyteuta judici fidem fecit, ab impetitione Domini absolvendus est; Quod & eo casu

§( 5 )§

casu obtinebit , si probaverit , se procuratori canonem emphyteuticarum solvisse , nam securus erit , etiamsi de procuratoris mandato non constet , modo pro auctore ac procuratore ad hanc rem constituto vulgo fuerit habitus ; nec enim pro levioribus hujusmodi debitis exigendis , mandati exhibitiō necessaria , Carpz . 2 . cons . 38 . def . 3 . Ut nec apochasis singulas solutiones conscribi necessē est ; Anton . Faber . in Cod . tit . 43 . defn . 19 . n . 5 . sed sufficit nihil malā fide ab emphyteutā gestum esse ; Carpz . d . l . Ubi simul rectē limitationem subjunxit , procuratorem tempore consueto elapso canonem antea non solutum recipiendo , in caducitate commissā Domino non præjudicare , quominus cōtra emphyteutam processum ordinarium instituere possit . Math . Berlich . p . 2 . concl . 46 . n . 11 .

### T H E S . VII.

**Q**uemadmodum igitur in recognitionem dominii directi , canonis præstandi necessitas possessori Emphyteuticos incumbit , ita ab eodem dominio dependet , ut vel circa Dominum , vel circa Emphyteutam mutatione contingente , renovatio contractū emphyteutici peti , & laudemium casibus mox infra indicandis , pro inductione novi Emphyteutæ in fundū emphyteuticum præstari debeat . Contingit mutatio circa Dominum , vel per mortem , vel per translationem Dominii directi in alium . Utroque casu renovatio contractū petenda , ut appareat novum Dominum à veteri Emphyteutā pro talis recognosci . Sed quid si mortuo Domino pluries in dominio succedant ? omnes de illo indivisiim participant , ergo omnes recognoscendi , post divisionem hereditatis verò saltem ille , cui Dominium obtigit , licet ante cum aliis recognitus , recognoscendus est . Struv . Synt . I . F . c . 10 . aph . 2 . Carpz . 2 . c . 45 . def . 26 . Ex quo alia quæstio decidenda fluit , an huic , casu quo consuetudine introductum esset , mutatione

A s                    circa

circa Dominum contingente laudemium deberi , de novo  
 laudemium solvendum sit? quod videtur, quia divisio vim ha-  
 bet alienationis, l. i. C. Commun. utriusque Iudicii. Sed contra-  
 rium rectius defenditur, tum quia consuetudines hujusmo-  
 di sunt stricti juris, & cum alias quoque laudemia odiosa sint,  
 extensionem non recipiunt , cap. o dia d. R. I. in. 6. tunc , quod  
 idem hic in communione adhuc existens laudemium ex-  
 gerit, idem autem bis petere bona fides non patiatur ; l. 57. d.  
 R. I. Idem proportionaliter dicendum de casu converso, quo  
 plures hæredes in communione viventes conjunctim laude-  
 mium præstiterunt , unus verò emphyteus in ex divisione  
 consecutus est. Vid. Frantz. d. laudem. cap. 8. n. 116. & 20. Sed  
 quid si inter plures de dominio directo controversia oriatur,  
 uter recognoscendus , cui canon , cui item laudemium erit  
 persolvendum? Excusabitur Emphyteuta procul dubio, nec  
 moram contrahere dicendus est, si, quæ Domino indubitate  
 præstanta , non præstet , quam diu mutuo litigantium con-  
 sensu, aut per sententiam decisum non est, utri solvendum sit;  
 ne accidat, ut, cum uni solverit, ab altero non sit liberatus ; id  
 que eò magis, quod eventus litis semper dubius sit, & ita eve-  
 nire posset, ut succumbenti se soluisse ex sententiâ appareret,  
 quo casu liberatus non esset, cum is demum liberetur, qui ve-  
 ro creditori solvit ; l. 19. C. d. usuri. l. 4. l. 12. C. d. solvit. Neque  
 etiam ideo tenetur solvere, quod vel reus vel actor velit satis-  
 dare, quia sequeretur emphyteutam, utroque satisfactionem  
 offerente, & utrumque recognoscere , & utriq; solvere debe-  
 re, vid. Ant. Fab. in Cod. l. 4. tit. 43. def. 20. Ubi tamen bene  
 n. 1. monet, necessum esse , possessorem promptitudinem sol-  
 vendi contestari, & quidem illi, pro quo posthac judicabitur,  
 cum non amplius dicatur in morâ, qui ejusmodi oblationem  
 fecit, l. 17. d. peric. & comm. rei. vendita, Cephal. conf. 746.  
 n. 5. vot. 5.

THESES.

Isdem modis circa Emphyteutam mutatio contingit. Et quidem si plures emphyteus in vel per successionem, vel alium titulum idoneum consequantur, omnibus renovatio contractus, & petitio investituræ incubit, nam cum singuli sint Emphyteuti, singuli quoque has officii sui partes implere tenentur; Exsurgit hinc quæstio, an uno ex fratribus mortuo, investitura renovatio petenda sit? de quâ vid. Struv. S. I. F. cap. 10. a 3. Plane in Germaniâ hodie invaluit, & instar consuetudinis observatur, quo d' Nobiles, sive Domini omnes heredes Emphyteutæ præmortuos, ad investituram accipiendam non admittant, nisi curator em (einen Lehenträger) constituerint, vel unum ex se elegerint, qui reliquorum cohæredum nomine investituram accipiat, attestante defusper, Carpzov. p. 2. c. 38. defin. 5. Quâ consuetudine positâ disputatio præmissa quidem cessat, sed mox alia, tantum non intricatior suboritur: an hæredes de novo investituram petere, & laudem in persolvere teneantur, si is, qui illorum nomine recognitionem petuit, moriatur? Affirmat Berlich. def. 22. num. 2. Frantz. autem d. laud. cap. 8. num. 131. & seq. exactius distinguere videtur. Utrum is, qui nomine omnium hæredum renovationem & investituram petuit, sit simplex mandatarius, an verò ex corum gremio, tanquam curator electus, ut hoc quidem mortuo, contractus emphyteuticus renovandus veniat, haud quaquam verò, si mandatarius simplex decesserit. Ratio discriminis est, quod in curatorem ab aliis cohæredibus electum tanquam substitutum, jus omne quoad recognitionem translatum, ex eiusque personâ quodammodo omnes in communione existentes mutari videantur; Frantz. d. l. n. 138. 139. & 140. Ast verò mandatarii simplicis officium contractu ab ipso renovato & laudem in

præ-

præstito in actum plenissimè deductum, & inde jus adeo firmum cæteris acquisitum sit, ut perinde habeatur, ac si ipsi in propriâ personâ renovationem petiissent. Tantum ergo abest, ut morte ipsius renovatio petita extinguitur, quin potius analogiæ juris convenit, ut ea etiam defuncto illo vires suas retineat. Frantz. d. l. num. 134. 135. & 136. Porto si heredes à communione discedant, quilibet eorum pro suâ ratâ Dominum recognoscit, nec alter alterius vice, nisi speciali mandato ad hoc instructus, utiliter fungitur, eo quod recognitio in animo consistat, cuiusmodi quæ sunt, propriæ non alienæ mentis demonstratione, nisi mandatum interveniat, significari possunt. De mutatione, quæ fit alienando, infra tractabimus, hoc saltem addentes, renovationem intra annum & diem petendam esse. Francisc. Fulgin. d. tr. rubr. de renov. q. i. n. 18. Struv. Synt. feudel. f. c. XI. aph. 7, non attentâ Corbuli opinione, qui existimat, petitionem intra duos menses fieri debere, cuius fundatum diluit Berlich. decis. 68. per tot. Cæterum, si dictum tempus non observetur, arbitriarum poenam incurrit emphyteuta, Struv. Ex. Civ. XI. th. 66. Quod secus est in Vasallo, qui ea propter feudi amisionem sustinet, 2. feud. 24. 2. F. 40. pr. Hodie tamen rigorem hunc non observari, sed aliam poenam dictari, quin & moræ purgationem, si Vasallus nondum in judicium vocatus sit, admitti, testis est Struv. d. Synt. F. cap. 10. a. 9. in fin. Quæ sententia locum habere potest, si forte ex incuria, vel a liâ causâ omissa renovatio, si verò contemendi Dominicau-sâ id ipsum factum, aliud procul dubio dicendum erit. arg. §. 9. Inst. d. injur. l. 15. §. 1. eod.

## THE S. IX.

**A**N autem petendæ renovationi, præstatio laudemii, de quo subinde mentionem fecimus, cohæreat, opera premium

tium est, nunc inquirere, nec non latius paulò de laudemio differere; Et quidem, quæ de necessitate recognitionis, & renovationis cōtractū petendæ, diximus, ad novas Emphyteutas indifferenter omnes, sive per successionem, sive per alienationem emphyteusin acquirant, pertinent. Laudemii præstandi non eadem utrobique & par est ratio; Nec enim à recognitione, sive renovatione contractus, & pendendo pro inscriptione honorario, seu discretione (de quā vid. Struv. Synt. I. civ. exc. XI. th. 66. ibique cit. Carpz.) ad præstandum laudemium præcisè inferre licet; Siquidem conclusio, præsertim de jure, (de consuetudine quid obtineat, postea indicabimus) non æque communis est, ac antecedens, ex quo deducitur. Id quod confessim ex eo perspicuum efficitur, dum omnium ferè Ddram unanimis huc redit sententia, liberos, aliosve ab intestato succedentes, ad præstationem laudemii non teneri, quamvis in ratione assignandâ mirabiliter varient. Accommodatisimam & solidissimam censemus, quam assert Frantzkius d. tr. cap. 8. num. 23. Nimirum investitura in hunc finem peti, & pro cā, laudemium solvi à novo Emphyteutā debet, ut factō hoc Dominium directum in personā Domini investitis recognoscat, & ita is, qui ante obligatus nullo jure erat, eidem obligari incipiat. Ast verò omnes, qui in Emphyteusin succedunt, sive hoc ab intestato, sive ex testamento fiat, perinde, ut ipse defunctus, jam tum ex ejus contractu sunt obligati, quia defunctum repræsentant, & cum eodem una persona esse singuntur, adeoque in iura omnia tam activa, quam passiva succedunt, §. 1. Inst. de perp. & temp. action. tametsi eorum in contractu nulla fuerit facta mentio, l. 38. pr. d. V.O. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. disp. 28. th. 5. lit. B. in pr. Carpzov. p. 2. const. 20. defin. 1. num. 1. imo, licet contrahentis personæ particula taxativa fuerit adjuncta. Bachov. d. loc. pag. mihi. 457. in pr. Tiraquell. de retr.

convent. §. 1. gl. 2. num. 12. Carpzov. *Citat. confit. 20. defin. 2.*  
 ubi præjudicium subjungit. Quare suapte radiat sponte, eos  
 novâ investiturâ haud indigere, nec præstando pro eâ salario  
 obnoxios esse. Dissentit quidem quoad heredes testamen-  
 tarios Carpzov. p. 2. *Conf. 39. defin. 19.* Sed hos rectius inclu-  
 dit Frantz. cap. 8. n. 203. illisque etiam fideicommissarios  
 heredes annumerat, num. 209. Relinquitur itaque illos sal-  
 tem ad laudemii præstationem astringi, qui per titulum ali-  
 quem singularē, emphyteusis sibi compararunt, quia hi soli  
 investiturâ, & receptione indigent. Ex quo autem attestante  
 Carpzov. p. 2. *conf. 39. def. XI.* & Frantz. d. cap. num. 114.  
 moribus nonnullorum locorum obtinuit, ut neque heredes  
 à laudemii præstatione liberentur, queritur, an nepos præ-  
 mortuo patre, a successoris, duplex laudemium debeat, an  
 potius, unum solvendo satisfaciat? Magis dubia redditur hac  
 questio, si nepotem cum patris concurrere statuamus; Et  
 enim, cum hoc casu jure repræsentationis ad effectum suc-  
 cessionis uti debeat, consequi videtur, unum ex personâ pa-  
 tris, quem repræsentat, alterum ex personâ propriâ præstare  
 debere. Sed contrarium verius est, tum quia jure repræsen-  
 tationis succedens, non jure alieno, & mediatis, sed proprio,  
 & immediatis succedit, dum non tam defuncti personam re-  
 præsentat, quam potius gradum illius & locum occupat, ceu  
 cum Fabro tradit Frantz. d. c. 8. num. 152. tum, quod, licet  
 ponamus, nepotem jure patris prædefuncti succedere, hoc  
 tamen non fiat verè, sed per fictionem, cum defunctus non  
 revera jus succedendi, sed saltē illius spem habuerit, l. II. de  
 suis & legit. hered. at fictam illam mutationem in hac, ceu  
 exorbitanti, & odiosâ materiâ non attendimus, cum exor-  
 bitantia non extensiō, sed restrictioni subjaceant. cap. que  
 de jure de reg. I. in 6. etiamsi identitatis ratio subsit, Frantz.  
 d. loc. num. 154.

THES.

¶( II )¶  
T H E S. X.

**L**Audemium uti pro receptione , & investitura novi emphyteutæ præstatur, ita casum alienationis præsupponit,  
*l. ult. C. d. I. E.* Debetur autem, licet Dominus in alienationem consenserit, cum hoc non solvatur pro consensu Domini, sed pro investiturâ , & actuali traditione possessionis, quâ Dominus, vel facit ipse , vel jam factam confirmat, *Frantz. cap. 7. n. 13. Carpz. p. 2. const. 39. def. 11. n. 2.* Quibus conjectaria sunt (1.) laudemium ante investituram, & actualē novi Emphyteutæ inductionem in fundum , haudquaque debet, *Frantz. cap. 5. n. 15. 17. & seq. & cap. 14. n. 83. & seq. (2.)* Quod, ubi novus Emphyteuta non venit investiendus, & inducendus (abstrahendo à consuetudine contrariâ, quæ , si cubi extare dicatur , specificè probanda , *Struv. S. I. F. cap. 13. aph. 14.* nec à casu, quo emphyteuta mortuus, ad alium extendenda, *Frantz. cap. 4. n. 22.*) ibi nec laudemium præstandum. Unde Domino mutato, novus in locum illius subintrans, possessori renovationem contractū petenti, absque ullâ laudemii præstatione deferre debet , adeò, ut licet consuetudine , vel statuto cautum sit , *ut, quotiescunque manus Emphyteutæcos mutata sit, laudemium solvi debeat.* hoc saltem intelligendum sit de mutatâ manu serviente , non dominante, *Struv. d. loc. Aph. 13. n. 2.* Idque vel maximè conveniens rescripto *l. ult. C. d. I. E.* ubi laudemii præstatio duntaxat injungitur , quando novus Emphyteuta recipitur , mutationis verò in personâ Domini contingentis, mentio non injicitur.

T H E S. XI.

**T**ertio neq; Dn. petendi laudemium jus esse, si emphyteutæ legitimè & perfectè alienata nō fuerit. Hoc est: si Emphyteuta jus suum dominii utilis à se non abdicaverit, & in alium plenè non dimiserit. *Vid. l. ult. C. d. fund. dor.* Unde dedu-

B 2



deducitur (1.) laudemium nullum deberi , si Emphyteuta rem in Emphyteusin acceptam , alteri in subemphyteusin concedat , quia tunc Emphyteuta nequaquam alienat , neque talis esse desinit. arg. l.6.C. de loc. 2.F.34. §. 1. vers simili ter. (2.) si usumfructum in re emphyteutica constituat, Frantz k. d. tr. c. 14. n. 57. cum ususfructus datio , sit quidem alienatio in materia prohibitiva l. ult. C. d. reb. alien. non alien. sed non in hac permissiva. (3.) Si eandem hypothecæ, etiam cum pacto antichretico, subjecerit, Anton. Faber loc. cit. defin. 60. dummodo inter ipsum, & creditorem omnia b. f. acta sint. Faber. ibid. Frantz k. cap. 14. n. 65. & seq. (4.) Si res quidem vendita, sed adhuc non tradita , cum alienatum propriè non dicatur, quod in dominio vendoris manet , l. 67. de V. S. l. 20. C. d. pactis. l. fin. C. d. I. E. ceu jam dictum th. præc. n. 1. (5.) Si inscuta quidem sit rei traditio , sed ex contractu nullo , actus enim nullus effectum nullum producere potest. l. s. C. d. II. l. 14. §. 1. in fin. C. de SS. Eccl. & laudemii præstatio veram & lege subnixam qualitatem Emphyteutæ presupponit. Anton. Faber. in C. lib. 4. t. 43. def. 28. Frantz k. d. cap. n. 103. ubi hanc illationem variis ampliacionibus, & declarationibus illustrat. Denique (6.) si nudus locationis contractus celebratus fuerit, etiam ad tempus longissimum , quia per illam neque Dominium , l. 39. ff. locati, nec possessio transfertur , l. 60. §. 1. ff. locati. Frantz k. cap. 15. n. 7. & notanter n. 14. & temporis qualis cunque adjectio naturam contractus haud variat, ceu bene monet Struv. Synt. I. Civ. Exc. 24. th. 7.

## T H E S. XII.

**E**Xconverso omnibus casibus laudemii præstatio necessaria est, quibus rem plenè, & perfectè alienatam esse constat. Dubium proinde non est, deberi (1.) ex contractu emptionis venditionis ex aucte impleto l. fin. C. h. etiamsi non simplici-

pliciter, sed cum pacto de retrovendendo celebratus fuerit.  
 Venditio enim hæc revera pura est, & sine conditione intercedente, dominium & possessio inde transfertur, fructusque medio tempore emptor suos facit, *tx. expr. in l. 2. C. d. paet.*  
*inter empor. & vend.* venditori autem durante hoc pacto jus ad rem duntaxat competit, *Struv. S. I. C. Exc. 23. th. 43.* inde que evenit, ut si postea pretium offeratur, non tam prioris emptionis fiat rescissio, quam nova celebretur, docè Frantz., cap. 16. n. 29. Idem videtur dicendum de venditione sub lego Commissoria, & pacto addictionis in diem factâ. Et quidem quantum ad illam simpliciter, quia non impedit Dominii translationem, *l. 2. in fin. de L. commiss.* Quod hanc verò tum demum, si sub conditione resolutivâ, non verò suspensiva fuerit facta, *l. 2. de in diem addit.* Idque in dubio contigisse jura presumunt, bene monente Lauterbach. *in Comm. ad ff. tit. de in diem addit. th. 3.* Veruntamen, quia subsequens restitutio, sive rescissio contractum antea subsistentem, ipso jure annullat, & ad non causam reducit, rectius asseritur, hisce casibus laudemium haud deberi. Hartman. Pistor. *lib. 1. q. 50. n. 39. & 40.* Nec aliud obtinet, si ex *l. 2. C. de rescind. vendit.* contractus rescindantur, quia conditionem virtualiter sub intellectam habent. *Si modo immodech lesionem quocunque tempore reprehensâ subverti & annullari non possint.* Carpzov. *p. 2. c. 39. def. 26.* dummodo v. g. emptor conventus non sit Paratus, id, quod justo deest pretio, supplere, & ita rem retinere. Carpz., *d.l.* Eodem modo se habet in restitutione in integrum, quam justitiae vocant, quia per hanc rescinditur contractus, non ex nunc, sed ex tunc. Id est: rescissio, vel retractatio alienationis operatur retro annulationem, & reductionem ad non causam, & contractus retro fингitur nullus, vel factus non fuisse, quo facto, quia causa, ex quâ immediate Dominus laudemium accipere deberet, resolvitur, &

ipsa petitio resolvetur, aut, si quid laudemii nomine percepit, id tanquam ob causam, quæ cessat, & nunquam fuisse intelligitur, datum restituere tenetur, latè Frantz. d. tr. cap. 14. n. 156. & cap. 17. n. 94. & seqq. & Carpz. d. l. Hartm. Pistor. cit. quæst. 50.

## THE S. XIII.

**E**MPTIONI venditioni proxima est (2.) permutatio, cum enim tam in hac, quam in illâ novus Emphyteuta investituram petere debeat, & in fundum emphyteuticum inducendus sit, adeoque eadem in utrâque ratio obtineat, eodem jure meritò censeri debet. Idque ulterius ex ipso l. fin. C. h. contextu: ibi: VEL AESTIMATIONIS: confirmatur; ubi perspicue traditur, non solum quinquagesimam pretii, sed & NB. AESTIMATIONIS LOCI, & quidem disjunctivè per particulum VEL, quæ diversitatem rerum de sui naturâ importat, l. 124. de V. S. solvendum esse; Quæ verba de quovis alio, quam contractu emptionis venditionis, exaudienda esse, Dd. tradunt, & manifestius evincitur per ea, quæ ratiocinando adducit Frantzius cap. 18. n. 7. & seqq. Idque ampliatur hic, sive permutatio fuerit simplex, sive ita inita, ut pecunia rei simul addita fuerit; Carpzov. d. p. 2. c. 39. defin. 15. ubi simul addit, diverso hac in re jure Saxoniā uti. Ab utrâque tam emtione venditione, quam permutatione segreganda est (3.) rerum hereditiarum divisio, nam licet utrique similis esse videatur. l. 1. C. commun. utriusque Iudicij, dum ad illorum negotiorum exemplum dominii translationem inducit. Contrarium tamen supra thes. 7. etiam in illo casu, quo uni totus fundus adjudicatus est, asservimus. Frantz. d. tr. c. 19. num. 23. Carpzov. p. 2. cap. 39. defin. 25. Econtra verius est (4.) donationem rei Emphyteuticae etiam præstationem laudemii inducere. Quamvis enim

enim in illâ nullum pretium interveniat, sufficit tamen per eam rem in extraneum alienari, & proinde pro receptione ac investiturâ laudemium deberi, Frantz. c. 20, num. 5. Neque refert, utrum ea inter vivos, an mortis causa facta fuerit. In tantum, ut, si donatio inter vivos, vel ob supervenientiam liberorum, vel ex capite ingratitudinis revocetur, tamen laudemium solvi debeat; cum magna differentia sit inter retractionem negotii, quæ sit in præteritum, & eam, quæ sit tantum in futurum, ceu accurate monet Harmann. Pistor. cit. quæst. 50. num. 47. & 48. Fallit, si donetur filio, quia hujusmodi donatio censetur quædam debite successionis anticipatio, Frantz. d. l. n. 8. & c. 9. num. 78. & segg. Faber. d. tit. def. 71. Circa dationem rei Emphyteuticæ in dotem (5.) major est disputatio. Vid. Hartmann. Pistor. quæst. 50. n. 54. Missis Ddrum variis opinionibus, sequentem in modum distinguimus; Velenim (1.) pater Emphyteus in dotem dat, & si ve æstimatò, sive in æstimatò dederit, nullum debetur laudemium. Carpz. 2. Conf. 39. def. 18. aut (2.) ipsa mulier nuptua, Emphyteus in dotem constituit, & subdistinguendum, an in æstimatò in dotem dederit, aut æstimatò. Prior nullum debetur laudemium, quia sic res manet in bonis mulieris, ne que ulla alienatio celebratur. l. 30. C. d. Iure dotium, posterioris opinamur, dummodo æstimatio facta fuerit, non taxationis l. 69. §. 7. d. Jure dot. sed venditionis gratiâ, d. l. 69. §. 8. Aut denique terius extraneus dotem nupturæ dat, & sive in æstimatò, sive æstimatò data fuerit, itidem laudemium præstandum, quia talis datio vicem donationis repræsentat; Id quod nullum dubium habet, si reddi eam sibi nequaquam patet, vel stipulatus fuit. l. unic. §. 13. C. d. Reiuxor. act. Frantz. c. 22. a. n. 77. usq. 96. Sequitur porrò (6.) laudemium etiam in venditione sub hastâ, & denique (7.) in datione in folatum, non tantum voluntariâ, sed etiam necessariâ, sive quæ sit decre-

decreto judicis, præstandū esse, uti id pluribus firmat, Carpz.  
p. 2. c. 39. def. 17.

## THE S. XIV.

**S**olvitur laudemium Domino, qui, si in dominio directo usumfructum constituerit, non ipsi, sed usumfructuario illud solvendum, Frantz. cap. 7. n. 63. cum primis n. 76. & seq. Quantitas autem laudemii regulariter partem quinquagesimam precii, vel estimationis respicit, l. ult. C. d. I. E. Quod ita à Justiniano ad avaritiam Dominorum plus justo, & aequo sèpius exigentium cohibendam, constitutum est. Quantitatem tamen hanc, ut pote jure positivo introductam, consuetudine vel statuto tolli, vel mutari posse, nullum est dubium, per §. pen. Inst. d. I. N. G. & C. Quanquam, si augeatur, extensionem nimiam & immodicam fore iniquam rectè judicet Frantz. d. tr. cap. 23. num. 7. Quod diximus, laudemium esse partem quinquagesimam precii, non ita accipendum est, quasi de precio convento quinquagesima pars defalcanda foret; Siquidem non propriè pars pretii est, sed proportionaliter, quatenus in estimatione eo, ad premium oportet habere respectum, ut scilicet emptor de singulis quinquaginta florinis unum teneatur Domino pro labore investituræ personare, Frantz. d. c. 23. num. 27. Precii respectum dum indigitamus, verum rei alienatae valorem, utpote qui ad substantiam emptionis haud pertinet, l. 38. de contr. empt. l. 16. §. 4. deminor. præcisè non requirimus. Laudemii enim præstatio unicè ex precio convento, tametsi forte minori estimatione, & eo quidem, quod pro dominio utili datur, quippe, quod tantum in contractum emptionis deductum fuit. Ex quibus simul elucescit, premium, & laudemium esse quidem consecutiva, causaliter tamen invicem differre, dum illud ex contractu inter Emphyteutam & novum possessorem inito debetur,

betur, hoc verò ex receptione & investiturā, quæ huic fit à  
Domino directo, originem trahit. Frantz. d. n. 27. & seqq.  
ubi plura de hac materiâ videri possunt.

## THE S. XV.

**L**Atius fortè, quam par est, & instituti ratio postulabat, de laudemio differimus. Ad propositum redeentes, domino directo possessionem quidem, attamen non rei, sed juris sui tribuimus. Struv. S.I.F. c.XI. th.1. in fin. Cum enim emphyteuta actionem realem adversus quemlibet possessorem ad recuperandam possessionem movere, l.r. §. ult. si ager vectig. l.12. §. 2. d. publ. in rem act. nec non fundum ipsum alteri pignori dare possit, l.31. d. pign. l.9. §. 2. de pign. act. Decker tract. d. poss. disp. 3. th. 141. Præterea etiam indoles, & natura possessionis haudquam ferat, duos unam eandemque rem in solidum possidere posse l.3. §. 5. d. acq. vel amitt. poss. ne quidē diverso possessionis genere, ut solidè docet Struv. exc. 42. th. 8. hinc emphyteutę solam, eamque veram, domino autem quasi possessionem saltem, afferimus, add. l.3. §. 13. d. vi & vi armata. l. ult. uti possid. Et hanc quidem possessionem hoc ipso sibi Dominus conservat, quamdiu canon ipsi solvitur, in tantum, ut si emphyteuta canonis solutionem denegare præsumat, domino hac ratione turbato, detur interdictum uti possideris, d. l. ult. modo probare possit, canonem sibi antea solutum fuisse, Thülemar. relat. Cam. 8.n. 22. Adeo, ut hoc factō Emphyteuta domino directo questionem dominii referre non possit, tum arg. l.25. C. d. locat. & cond. tum quod solutio canonis non possit non recognitionem dominii validissimè inferre, ceu bene monet Faber in Cod. lib. 4. tit. 43. def. 63. Posse etiam dominum contra emphyteutam canonem non solventem, pignoratione uti, notabiliter tradit Mev. p.1. decis. 30. n. 14. Sed ponamus, emphyteutam permisisse, ut Dominus rē

C

in

in emphyteusis acceptam, pro suo debito oppignoret : An  
emphyteuta eo nomine conventus, poterit exceptionem fori  
declinatoriam opponere, & nominatione domini liberari?  
Affirmat Mevius p. 8. *decis. 421.* Quantumvis enim alias ex-  
plorati juris sit, nominatione Domini, emphyteutam haud  
liberari, eò quod utile dominium habeat, & fundum pro-  
prio nomine possideat, alia tamen est ratio, quando oppig-  
norationem à Domino factam expressè vel tacite approbat,  
tum enim, quia hoc ipso possessionis juri, sibi antea compe-  
teati quodammodo renunciat, propemodum instar deten-  
toris habetur, quem nominatione factâ, judicium declina-  
re posse, plusquam in confessio est, l. 2. C. ubi in rem actio. cap.  
ult. §. ult. ut. lit. non contest.

## T H E S. XV.

**D**iximus, quid juris, si Dominus canonis solutionem pro-  
bet, & possessorio experiatur. Quod si verò rei vindica-  
tionem instituat, & ob non solutum canonem ad privati-  
onem agat, Emphyteuta autem quæstionem dominii referat;  
aliud utique dicendum ; Nam si Dominus nec canonis solu-  
tionem, neque juris emphyteutici constitutionem probare  
continuò possit, emphyteuta quidem in perceptione & pos-  
sessione fundi emphyteutici relinquendus, dummodo satis-  
det, se in casum succubentia, canonem soluturum esse l. 20.  
§. 1. C. d. *agricolis* & censit. Quod si verò satis dare detrectet,  
sequestratio decerni solet. d. l. 20. §. 1. ubi videsis Brunn. Cx-  
terum, quod de rei vindicatione domino competente di-  
ctum, facile locum invenit, quando dominium directum cum  
utili consolidatur, puta, quod familia emphyteutæ expira-  
verit, vel tempus, ad quod emphyteusis data, finitum fuerit,  
cum ad tempus concessa, eo elapsa, cōscantur denagata. l. 41.  
§. 4. d. V. 6. Nam & servitutes certâ temporis adjectione peri-  
munt.

muntur. l. 4. d. servitut. Secus sese res videtur habere, quan-  
do omissione canonis debito tempore solvendi, dominum ad a-  
gendum movit, tum enim inter Ddres multum controverti-  
tur, an Emphyteuta ipso jure privationem emphyteuseos in-  
currat, & ita rei vindicatio locum habeat, an vero ejusmodi  
caducitas prius sit apud judicem examinanda, & per senten-  
tiam decidenda? Videtur hanc controversiam aptâ distin-  
ctione decidi posse, inter jus strictum, & benignum. Si illud  
intueamur, utique dicendum, emphyteutam ipso jure, hoc  
ipso emphyteusi privari, quô triennio canonem non solvit,  
cum, quia ipsa lex privationis penam inducit. l. 2. C. h. t. tum  
etiam, quod declaratio domini in d. l. 2. quidem requiratur,  
hæc tamen privationem non inducat, sed tantum ostendat,  
quod dominus jure suo uti velit, adeo, ut declaratione factâ  
lege cooperante effectus privationis statim à finito biennio  
introducatur, ceu cum Bacchov. accurate notat, Ziegler. ad  
Inst. Lancellotti lib. 2. tit. 22. pag. 606. sub. verb. jure ex pelli po-  
terant. Quo etiam inclinare videtur Carpz. rei vindicati-  
onem in genere concedens. p. 2. cap. 38. def. 16. Ait vero si æ-  
quitatem juris canonici intueamur, quæ purgationem moræ,  
ante factam à Domino declararationem admittit in cap. ult. X.  
locati, utique dicendum, quod in ecclesiasticâ emphyteusi  
privatio ipso jure non sequatur, imo & in civili Ziegld. loc. sub.  
verb. nisi celeri sati factio. Brunn. ad l. 2. C. d. jure Emph. Ea-  
que sententia inde plausibilior redditur, quod multæ occurre-  
re possint causæ, ob quas privatio illa locum non habere, sed  
julſa excusatione relevari possit emphyteuta: veluti earum  
non nullæ ad propositum facientes, recensitæ à Quirino Scha-  
chero ad tit. locati Cond. pag. 185.

## T H E S. XVI.

**D**omino denique directo & hoc tributum, ut, si Emphy-  
teuta jus suum alienare intendat, de hoc Dominum

C 2

cert-

certiorare teneatur, & quidem statim ab initio, si alienatio  
 titulo venditionis fiat, quoniam in hac Dominus alteri præ-  
 fertur l.3. C. b. t. Quod tamen restringendum ad casum, si u-  
 nus saltem sit emphyteuta, si vero plures, tum unus alteri jus  
 suum etiam irrequisito domino, citra privationis poenam  
 concedere potest, quia hac ratione Domini jus non redditur  
 deterius, sed melius, dum canonem ex una saltem capit ma-  
 nu, nec res in extraneum transfertur. Besold. in delibat. ad  
 hunc tit. q. 8. Si vero non venditionis, verum permutationis,  
 donationis, aut in dotem dationis titulus subsit, tum ab initio  
 quidem dicta certioratio necessaria non est, quia his casibus  
 domino jus prælationis non competit. add. l.3. C. d. prædis  
 decurrien. eo tamen tempore, quo Emphyteuta possessionem  
 dimittere vult, dominum certificare debet, ne ei invito, vel  
 ignorantia alius obtrudatur, neve laudem pro receptione sibi  
 debito, defraudetur d.l.3. C.d. Iure emphyt. Econtra Dominus  
 jus suum irrequisito, & inciso emphyteutâ, quali cunque titu-  
 lo alienare potest, cum illud à jure emphyteuta haud depen-  
 teat. Fulgin. d. tr. tit. de alien. q. 1. num. 306. & indifferens sit  
 emphyteutæ, cui canonem, aliave præstanta præstet. Constat  
 equidem, quod jure feudali Dominus directus irrequisito  
 vasallo dominium directum alienare nequeat. Verum longè  
 fortior est obligatio inter Dominum & vasallum, quam inter  
 Dominum & emphyteutam. Carpz. p. 2. c. 39. def. 10. cum  
 vasallus etiam Dominum ad fidem obstrictum habeat, r.F. 58.  
 itaque inter ipsos reciproca fides intercedat, Struv. S. F. cap. 2.  
 a.s. Quod tamen hoc sensu intellectum volumus, ut alienatio  
 ritè fieri nequeat, si autem ea facta, & vasallus requisitus  
 haud fuerit, Dominus nequamquam Dominio directo priva-  
 tur, sed alienatio duntaxat nullius momenti redditur, ceu  
 recte contra communem sententiam statuit Struv. d. synt.  
 cap. 12. num. 14.

CAPUT II.  
*De*  
 JURE EMPHYTEUTÆ,

## THESIS I.

Viso Domini directi jure, sequitur, ut & de jure emphyteutæ dispiciamus. Et vel ex ipsâ definitione cap. p. rec. thes. i. positâ facile concluditur, emphyteutam de dominio fundi participare; Eo siquidem recipit voluntas Domini, alium præter se in participationum dominii admittentis, dum nudâ retentâ proprietate, plenissimam alteri utilitatem confert, l. 1. C. d. jure emph. Et quia huic utilitati accedit jus vindicandi, non solum contra tertium, sed ipsum etiam dominum l. 1. in fin. si ager. Vectig. Præterea etiam titulus naturâ suâ perpetuus concurrat, difficile est negare, aliquod penes emphyteutam dominium esse; Id quod etiam aperte probat Ulpianus in l. 3. §. 7. ibi: in quo alius quasi dominus moratur. f. n. uis possidetis. Bachov. 1. disp. 15. th. 1. lit. G. Carpzov. p. 2. c. 38. defin. 18. addatur Frantzk. d. tr. c. 14. num. 16.

## THE S. II.

Hoc jus emphyteutæ in esse completo constitutum, veram eidem tribuit possessionem, l. 15. §. 1. qui satis dare cogane. arg. l. 31. d. pignor. non quidem civilem, quippe, quam in genere non alii, quam domini, rei sua infimul innixi, & b. t. possessores habent, Struv. Ext. 42. th. 6. Decker, laudat. tract. d. poss. disp. 3. th. 146. ubi dissentibus satisfacit, sed naturali, quam rem animo quidem sibi habendi, sed absque arro-

C 3 gatione

gatione dominii pleni tenet, cum alteri dominium directum, quod qualitas emphyteutæ non potest non admittere, concedat. Struv. *Exc. 42. th.* Et cum creditorem possidere in confessio sit, l. 7. §. 10. *comm. divid.* multò magis emphyteuta possidebit, utpote, qui præ illo plus juris habet, dum intuitu veræ, quam habet, possessionis, etiam pro immobilium possessore reputatur, & eamptopter à satisfactione de judicio sibi liberatur. d. l. 15. §. 1. *qui satis d. cog.* Carpzov. p. 1. c. 5. def. 10. in fin. Berlich. p. 1. *concl. 13. num. 34.* Zanger, *de Except.* p. 2. c. 21. Porrò jus Emphyteutæ à nudâ detentione tantò magis remotum est, quanto certius est, eundem pro actuali rei insistètiâ cum animo possidendi conjunctâ, tam tuendâ, quam amissâ recuperandâ, remedia possessoria habere, l. 1. §. 9. de vi & vi armatâ, l. 3. §. 7. *uti possid.* quæ alicui concedere, & tamen negare possessionem, meram implicat contradictionem. Struv. S. I. F. c. 12. th. 2. ubi monet, hæc etiam ad jura incorporalia in emphyteusin data, per analogiam quandam applicari posse, quæ, licet objectum habile possessionis non sint, usu tamen, & facultate utendi illa possidere videmur. *per princ. Inst. de interd.*

## THE S. III.

**P**orrò utile dominium, quod emphyteutæ tribuimus, consistit in facultate, ac jure, quamlibet utilitatem, ex re emphyteuticâ percipiendi, Struv. *Exc. XI. th. 68.* Cum enim Dominus, solum retento sibi superiori proprietatis jure, reliqua jura omnia in emphyteutam transferat, adeò, ut ipsum de proprietate participare permittat, sanè hic, veluti dominus, omnibus emolumentis, & commodis, quacunque ratione ex fundo obvenientibus, plenissimè, & liberrimè uitetur fructus, & rem pro lubitu, modo deteriorem non faciat, immutare, & prout ipsi commodum, ad usum suum aptare potest. Struv. d. *Exc. XI. th. 69.*

THE S.

**E**X quâ generali conclusione sequitur, (1.) ad emphyteutam pertinere fructus tam civiles, ut pensiones, usuras, & annuos reditus, quam naturales, & hos, sive magnâ hominum industriâ cooperante, ut frumenta &c. sive naturæ solius beneficio, culturâ hominis parum, aut nihil conferente, ut poma, lignum, fœnum &c. proveniant, à quo cunque etiam separati fuerint, l. 1. pr. & §. 1. b. tit. Fulgin. d. tr. rubr. de divers. quæst. q. 16. Ubi simul quæstionem vulgaram, an thesaurus in fundo emphyteutico inventus emphyteutæ acquiratur? sub distinctione solitâ determinat, ut nimis ab ipso emphyteutâ, vel etiam datâ operâ, ab alio repertus, totus emphyteutæ cedat, ab alio fortuitâ inventus inter emphyteutam, qua fundi utilem dominum, & inventorem dividendus sit, §. 39. ubi Vinnius Inst. d. R. D. Hodie hanc disputationem cessare volunt Grotius d. I. B. & P. cap. 8. § 7. Peregr. d. Jure fisci lib. 4. cap. 2. thesaurum fisco Principiis adscribentes. Quâ de remore suo elegantissime scripsit, & legi meretur Lauterbach. dissert. d. thesauris. th. 31. subiungens nonnullorum, & cum primis etiam Sixtini testimonia, circa inventionem thesauri, adhucdum juxta ius commune, etiam in Camerâ Imperiali pronuntiatum fuisse.

**S**equitur (2.) Emphyteutam vi, & potestate dominii sui utilis acquirere id, quod flumen fundo emphyteutico per alluvionem adjicit, vel quod apertâ vi fluminis de alieno avulsum, cum prædio illius unitur, l. 7. §. 2. d. A.R.D. § 21. I. eod. vel etiam, quod alio modo operante naturâ per natam insulam, aut alveum mutatum rei emphyteuticæ accessit, Fulgin. rub. de solut. can. quæst. 13. num. 2. & seqq. Nec cum aliis, quos videlicet apud Fulgineum d. loc. distinguendum inter incrementum

mentum latens, & patens, illud emphyteutæ, hoc domino directo attribuentibus, arg. l.9. §. 4 d. ususfr. Quia alia est ratio emphyteutæ, & cum eo vasalli, alia usufructuarii, indicata à Fulgineo loc. cit. n.8. Et hæc quidem quoad acquisitionem dominii indubitate procedunt; quoad acquisitionem possessio-  
nis autem distinguendum, siquidem latentis (idem est si pars terræ vi fluminis alterius agro avulsa, & emphyteutico adjecta fuerit, ex quo coaluit, nam pars terræ reputatur. Vin-  
nius ad §. 21. Inst. d. R.D.) cum contextum sit fundo, cui ac-  
cessit, unumque corpus constitutus, l.30. d. usucap. nullâ, pa-  
tentis verò incrementi, tanquam separatum subsistentis, nec  
cum fundo, cuius potestate acquiritur, cohærentis, uti con-  
tingit in insulâ, peculiari apprehensione opus est, arg. l.3.  
§. 1. d. a. vel. a. poss. Ideoque, si, antequam Emphyteuta ap-  
prehenderit, extraneus (sub qua consideratione venit etiam  
dominus directus) insulam occupet, remedii possessoriis em-  
phyteuta uti nequit, sed vindicationem instituere debet. vid.  
Struv. S. I.F. cap. 12. aph. 6. num. 6. Quam intentando, si obti-  
nuerit, renovationem contractus petere, aut canonem aug-  
mento proportionatum, præstare non tenetur Carpz. p.2.c.28.  
def. 22. Fulgin. d.rub. & n.9.n.12. & 13. Quatenus hæc usu ho-  
dium obtineant, vid. Struv. d.l. Mevius. p.7. decif. 101. &  
Heig. p. 2. q. 4.

## THE S. VI.

**P**rotout itaque emphyteuta ejus, quod fundo solâ naturali  
operatione & beneficio fluminis adjicitur, potestate rei  
quodammodo sue, efficitur dominus, ita etiam (3) potestate  
rei sue eidem id acquiritur, quod solo inædificatur, non qui-  
dem pleno jure, sed saltē quoad utile dominium, cum ejus  
efficiatur, cuius est solum §. 29. Inst. d. A.R. D. L.7. §. 12. eod.  
Cum itaq; emphyteutæ saltē dominium utile in solo com-  
petat, consequens est, etiam inædificatum pleniori jure ei-  
dem

dem acquiri non posse. Et hæc quoque thesi præcedenti proportionaliter applicari volumus. Quod si vero Emphyteuta tale quid fundo emphyteutico junxerit, quod cum suo subiecto nullam conjunctionem habet, sed per se subsistere, & pro lobilitu removeri potest, in eo, cum ratio modi acquirendi in d. §. 29. non obtineat, dominus directus jus nullum consequitur; Id quod apertè firmat Scœvola, dum ait: Horreum frumentarium ex tabulis ligneis factum mobile, non domino fundi, verum fruenti acquiri, in l. 60. d. A. R. D.

## THE S. VII.

¶ Orrò (4.) Emphyteuta vi dominii sui utilis, rem emphyteuticam vindicare, l. i. & t. t. si ager vectigal. contra se institutas actiones suscipere, & exceptionibus se tueri potest, ut & de emphyteusi litigiosa, quantum utile dominium attinet, transfigere, sive ipse, aliquo dato, possessor emphyteusos maneat, sive, aliquo accepto, eandem in alium transferat; modo transactio ex justâ causâ, nec dolosè, & collusoriè cum adversario fiat, arg. 2. F. 26. §. si vasallus verb. ignorantie Domino. Nec obstat, quod emphyteusis absque denunciatione domino factâ, in alium transferri nequeat, hoc autem contingat per transactionem diminuendi causâ factam. Constat siquidem magnam inter alienationem, & hujusmodi transactiōnem intercedere differentiam; hac enim justâ ex causâ initâ, vel quod adversarii petitio fundata fuerit, vel quod ipse possessor exceptionem suam probare non potuerit, emphyteusis non tam alienatur, quam relinquitur, aut restituitur illi, cui, si lis determinanda foret, sententiâ judicis ad judicaretur. Ad hæc transactio omnis fit super re proposita dubia, incertoque litis eventu, ea que propter sciti nequit, utrum transfigens sit emphyteuta, & dominium utile habuerit, nec ne. Franz. d. tr. cap. 21. num. 17. Ut non dicamus, per ejusmodi trans-

D

actio-

actionem Domino nullum præjudicium generari ; utpote,  
cui quo ad dominium directum haudquam nocetur.  
Struv. l. F. c. 12. a. 8. n. 5. Tuitius tamen esse, si domini consen-  
sus ad hibeatur, idem d. l. n. 7. subjungit. Et hæc quidem  
haud dubiè quoad subsistentiam , & firmitatem actus cele-  
brati procedunt. Verùm ad obtainendum pro præstandâ evicti-  
one regresum, præscisè opus est , denunciationem domino  
antea factam esse , arg. 2. F. 25. Cæterum, si dominus fraudis,  
& collusionis emphyteutam convincere possit, justâ indig-  
natione eum prosequitur , &, ut alias propter alienationem  
illicitè factam , ita etiam hoc casu peñâ caducitatis delin-  
quens, non immeritò punitur. Frantz. d. l. n. 23.

## THE S. VIII.

**D**iximus licitum esse emphyteuta, fundum pro libitu suis  
usuibus aptare. Quia tamen absolutum & plenum ejus  
dominiū non habet, ideo hactenus eundem modo dicto tra-  
bare licet, ut proprietati damnum nō inferat, eamve deterio-  
rem reddat. auth. quirem. C. d. SS. Eccles. Deteriorationē intel-  
ligimus (1.) notabilem,(2.) in perpetuum fundi damnum ten-  
denterem , non verò percipiendis saltem fructibus per aliquot  
annos noxiām. (3.) dolo, vel culpā latā factam. Vid. Carpz.  
p. 2. c. 38. d. 23 Struv. S. I. C. Exc. XI. tb. 72. Quod mirum vide-  
tur , cum emphyteuta etiam levī culpæ reddatur obnoxius,  
arg. l. 5. §. 2. commodati. Verum alia est ratio præstationis, alia  
privationis. Hæc ex latā culpā intertur d. auth, C. d. SS. Eccl.  
Illa verò cōtendit, ut emphyteuta damnum datum refundat,  
& imposterum melius utatur. arg. l. 6. C. d. pactis inter empt. &  
vendit. Species deteriorationis vid apud Carpz. p. 2. C. 38.  
defin. 23. & 24. & Fulgin. d. sr. rubr. de variis caducit. q. 2. per tot.

THES.

**H**oc quoque emphyteutæ arbitrio datum esse, ut emphyteus in subemphyteus in alteri constituere possit, jam supra monitum est, quia, ut ibidem probavimus, hoc factum ius suum non alienat, sed saltem alteri vi sui juris, dominium utile confert, & eo ipso utile suum dominium (quod respectu inferioris, seu sub alter natum se habet, ut dominium directum) exercet. Nec est, si dicas, duos ejusdem rei in solidum eodem dominii genere dominos esse non posse, hic autem duos esse directos, duos item utiles dominos. Siquidem nihil obstat, quominus duo directi, & duo utilis dominii jure gaudent, licet sub diversis, ut ajunt, respectibus. Anton. Faber. in C. lib. 4. tit. 43. def. 12. Contractum, quo substitutio hæc emphyteutica fit, libellarium vocari cum adductis existimat Fulgineus d. tr. pral. q. 7. n. 3. & seq. Veruntamen diversum à subemphyteusi contractum libellarium esse, relius alii, & cum his quoque Frantz d. tr. cap. XI. num. 12. & 26. statuunt. Interim quovis etiam sub nomine, & appellatione veniat hic contractus, ab omni fronde ubique remotus sit, oportet, ne callidis machinationibus, & sub colore secundæ emphyteuticos omnimoda practicetur alienatio, & ita dominus laudem defraudetur. Anton. Faber d. l. Cæterum, cum secunda emphyteusis à primâ dependeat, hinc, quamdiu haç apud constituentem, ejusque hæredes radicaliter conservatur, tam diu quoque illa apud subemphyteuram, cæteris paribus, subsistit. Ex quo vero, vel ob generationem finitam, vel propter aliam causam, ius primi emphyteutæ finitum fuerit, etiam subemphyteusin finiri debere, facile constat ex regulâ, quâ dicitur, cessante jure dantis, cessare & ius (præfertim si hoc ab illo dependeat) accipientis. 31. de pignor.

28  
T H E S. X.

**P**Ræterea emphyteuta rem emphyteuticam liberè oppi-  
gnorat, nullà certificatione eo nomine domino facien-  
dā, quia pignoris constitutio propriè species alienationis non  
est, eo quod debitor dominium pignoris retineat, *L. 35. §. 1. d.*  
*Pign. Act.* sed tandem per illam ad alienationem, si debitum  
non solvatur, pervenitur, *Frantz. d. tr. cap. 14. num. 63.* Nec  
movet, quod oppignoratio feudi, sive nuda hypotheca in eo  
constituatur, sive possessio ejus in creditorem transferatur,  
licita non sit; Quoniam ex utrāque domini conditio deterior  
redditur, dum tale jus in creditorem transfertur, cuius intuitu,  
solutione frustra exspectatā, ad distractionem procedi  
potest. Cum autem hac ratione servitorum præstatione fa-  
cile destituantur dominus, ad feudi oppignorationem non a-  
liter, quam consensu ejus, perveniri potest. At verò emphy-  
teuta canonem, eumque modicum præstat, ubi dominus  
haud ita periclitatur, utpote cuius tantopere non interest, à  
quo canonem recipiat. *Zoel. ad tit. ff. locati. num. 108.* Sitamen  
postea creditori fundus in solutum detur, necessariò de-  
nuntiatio præcedere debet, ratio est in *l. 4. C. de eviction. Fab.*  
*in Cod. loc. cit. defin. 80.*

T H E S. XI.

**P**Efectam emphyteuseos alienationem quod attinet, ea  
non minus, ut imperfecta tempore Zenonis tam libera,  
quam licita fuit: *l. 1. ff. si ager Vectig. l. 1. C. d. fundopatr.* Sed  
constitutione Justiniani in *l. fin. C. b. t.* catenus restricta est,  
ut, sì quidem emphyteuticum instrumentum (ipüs d. l. ultimæ  
verbis utimur) super hoc casu aliquas pactiones habeat, ea obser-  
ventur, sī autem nulla hujusmodi pactio interposita, vel forte  
instrumentum emphyteuticum deperditum sit, minimè liceat  
emphyteuta sine consensu domini jus emphyteuticum transferre.  
Ubi

Ubi in disceptationem venit: An constitutio hæc ita consensum Domini requirat, & implicit, ut hic dissensu suo venditionem impedire queat? Videbatur id afferendum, quia in verbis *d. constitutionis* modo adductis disertè dicitur, minime licere emphyteutæ, invito domino, meliorationes suas aliis vendere, vel jus emphyteuticum transferre. Eo ipso autem, quo consensus requiritur, libertas vendendi emphyteutarum competere nequit, cum consensus frustra ab eo requiratur, quo invito actus fieri potest. *l. 101. pr. d. condit. & demonst.* Ast sciendum, denunciationem, seu *prædictionem* (ut loquitur Imperator in *d. l. fin.*) duplicem habere respectum. Vel enim fit ad certificandum, vel ad habilitandum. Posteriori modo fit in feudis. Tametsi enim vasallus domino denunciet, se feudum vendere velle, tamen omnis circa venditionem illam potestas ita penes dominum stat, ut, licet pro rorsus taceat, tamen vasallus citra privationis peccatum non possit ad venditionem profili, eamque perficere, Frantz. *d. tr. cap. 9. num. 130.* Prior vero modus in emphyteusi usuvenit, tum quod Imp. in *d. l. ult. ibi: disponimus, &c.* denunciationem ad hoc saltem necessariam esse, tradit; ut domino liberum relinquatur, an ipse comparare velit, tum etiam, quod voluntati emphyteutæ liberum relinquatur, post duorum mensium spatium, etiam sine consensu domini, meliorationes suas vendere. Unde, quod in verbis prioribus de consensus dictum est, non absolute, sed potius de consensu honorario intelligi debet. Huc itaque tota ab aliis operose satis tractata *d. l. ult.*, credit disputatio: in omni quidem contractu dominii translative denunciationem voluntatis in alienationem tendentis domino faciendam esse, in eum scilicet finem, ut novum hic emphyteutam inscribat, ac pro inductione in possessionem, juxta exigentiam sepe *d. l. fin.* facta, laudem suum accipiat, in solâ autem venditione hoc insuper opus esse,

ut domino prærogativa emendi à venditore offeratur. d.l.ult.  
verb. Sed ne hac &c. Dixi in solâ venditione legislatori pla-  
cuissé, ut vendens domino emendi prærogativam concedat.  
Unde constitutio d.l.ult. ad alios actus dominii translativos  
v.g. donationem, aut permutationem minus rectè exten-  
ditur, tum per rationes, quas adduxit, Vinn. lib. 2. s. q. c. 2. tum  
maximè, quia principium d.l.ult. generale quidem est, & ad  
omnem alienationem prohibitio inibi facta pertinet, ne scili-  
cet inscio, & invito domino inidoneus forsitan emphyteuta  
substituantur, Ast versus : Sed ne hac occasione &c. specialis est,  
& ad solam venditionem pertinet, ut nemini verba d.l.accu-  
ratius ponderanti, obscurum esse potest. Vid. Jafon. in l. 3. C.  
h. t. collat. 14. & seqq. Cujus sententia à duobus doctissimis  
J.Cris Bach. ad trentl. 1. disp. 29. th. 3. lit. E. Vinnio d. loc. ap-  
probacionem invenit: ab his diss. Brunn. ad l. 3. C. h. t. & alii  
ab eo citati.

## THE S. XII.

**E**mphyteuta non saltem uni integrum fundum emphy-  
teuticum, sed etiam pluribus per partes & divisim (quod  
non videbatur, quia per tales venditiones multa incom-  
moda, quæ per particularem canonis, ex qualibet parte ven-  
ditâ præstandi, solutionem suboriuntur, emphyteuta Domi-  
no infert, l. 3. in pr. ff. sec. ercise. l. 8. §. 9. de transact.) ven-  
dere potest, tum quia pro leviiori illo incommmodo longè ma-  
jus commodum dominus in laudemiorum perceptione sen-  
tit, etenim, quo plures sunt personæ possessorum, eo plura  
sperari possunt laudernia; tum etiam, quia haec tenus domino  
succurrendum, ut, quæ in distribuendis divisi canonis portio-  
nibus cura, diligentia, impensa quæ necessaria fuerint, ab ipsis  
possessoribus respectivè remunerari, & conferri debeant, Ant.  
Faber. in Cod. d. loc. def. 10. & 24.

THE S.

Circa venditionem emphyteuseos notandum restat, emphyteutam teneri pretium, quod ab aliis oblatum est, & quidem verum, non fictum, aut simulatum domino denunciare. Adeo, ut Fulgineus d. tr. rubr. d. alienat. q. 1. num. 338. contendat, emphyteutam in denunciatione precii mendacem, jure suo cecidisse; Sed cum poenæ potius restringendæ, quam extendendæ, l. 42. d. pen. & dominus ipse quodammodo in culpâ sit, quod nimis facilis fuerit in credendo emphyteutæ pretium denuncianti, eo quod hujus machinationi, ad valorem emphyteuseos in contractum deductæ respiciens, delato juramento, contravenire potuisset, opinio Fulginei admitti nequit. Interim domino afferenti, in pretii denunciatione emphyteutam veracem non fuisse, probatio incumbit, l. 2. ff. de prob. quæ eo facilior erit, quod contrahentes instrumentum domino, quandocunque petenti, edere teneantur. Quamvis enim regulariter ad instrumentorum productionem, aut tituli, quo res possidetur, editionem cogi nullus possit, l. 11. C. d. perit. hered. emphyteuta tamen ad utrumq; officio judicis rectè astringitur. l. 9. § pen. de edendo. Anton. Faber. d. l. def. 21. Gail. 1. obs. 106. n. 2. & 3. Berlich. 1. concl. 54. Pretium oblatum absque veri præjudicio denunciatum, qualisque quantitatis, dominus directus, jure suo uti volens, necessariò, & intra tempus in l. 3. C. b. determinatum solvere debet. Neque obligatus est emphyteuta de pretio oblatu vel minimum remittere, etiamsi id commune, & verum rei pretium excedat; quod per l. fin. C. h. t. probat Fulgin. loc. cit. num. 340. Lubet his subjungere quæstionem: Utrum in alienatione subemphyteuseos domino directo primo, aut secundo facienda sit denunciatio, & utri offerenda sit emendi prærogativa? Existimamus, soli domino immediato, sive primo emphyteutæ denunciationem faciendam, insimil in venditione

tione offerendam emendi prærogativam. Cum enim hic subemphyteus in solus independenter à domino directo constituerit, solus quoque alienationis scientiam, uti & emendius ante alios habere debet, idque eò magis, quod subemphyteus nullum dicat respectum ad dominium superius, vel immediatum; sed potius ad immediatum, atque ab hoc solo dependeat.

## THE S. XIV.

**C**ETERUM emphyteusos alienatio, sive nova, sive antatura illius, tanquam merum allodiale sapientis, alteratur Frantz. d. tract. cap. 8. n. 9 & seq.) non solum præjudicat liberis, sed etiam agnatis, aliisque hæredibus quibuscumque. Nec saltem hoc naturæ emphyteusos convenire putamus, ubi simpliciter, & absque mentione liberorum, ac heredum acquisita est, sed etiam, ubi in instrumento emphyteutico, aut investitur (ut ad feudi collationem respicientes loquuntur) liberi, aut agnati comprehensi sunt. Tum, quia pater filii agnatisve non acquirit, aut etiam, ut testante Bachovio Iason loquitur, pater id, quod liberis stipulatus est, revocare potest, tum, quod simpliciter verius sit, ex hujusmodi concessionis formulâ liberis jus quæsumum non esse, sed verba illa favore domini, restringendi juris emphyteutici gratia, (quod sine hac restrictione secundum suam naturam perpetuum foret) apposita fuisse, eoquæ nihil aliud, quam jus succedendi ab intestato liberos sibi privativè, & solis vindicare posse; Facit argumentum à fideicommisso, his verbis: *Sicne liberis, reliquo desumptum. Ubi sicuti pater liberis hæreditatem restituere secundum probabilem sententiam rogatus non censetur, Bachov. vol. 2. disp. XI. th. 3. lit. D. vers. illud difficile est &c. ita nec in præsenti descendentes per contractum emphyteuticum jus acquisitum, & in personis suis ad eorū radicatum*

**AC 33**

catum habent, ut vigore illius alienationem, à patre legitimè factam, invalidare, & rem alienatam revocare queant. Struv.  
§. I. C. Exc. XI. th. 65.

**T H E S. XV.**

**N**omine alienationis hic venit omnis actus inter vivos gestus (nam ultimâ voluntate emphyteusin transferre quotmodocunque libet, licet. l. 71. §. ult. ff. d. legat. i. l. 219. d. V. S.) per quem jus emphyteuticum plenè in alium transferatur, sive hoc fiat per translationem veram, sive fictam. Frantk. d. tr. cap. 14. num. 6. Unde, cum v. g. per donationem, permutationem, &c. tanquam titulos juris translativos, jus omnne, quod in re habemus, à nobis abeat, denunciationem domino faciendam, necessum est, sequi. Circa dationem insolutum in tantum distinguitur, utrum emphyteusis autoritate judicis creditoris affligetur, aut ab ipso debitore in solutum detur; Priori casu quia emphyteutâ invito fundus emphyteuticus distrahitur, frustra, se id facere velle, domino denunciaret, quamvis novus emphyteuta, à judice immisus, emphyteusin autoritate magistratus se consequutum esse, domino indicare, renovationem contractus petere, & pro inductione in possessionem laudemum offerre teneatur. Faber in C. d. l. def. 23.

**T H E S. XVI.**

**L**atè enumeravimus jura, & emolumenta emphyteutæ competentia. Cum autem, qui commoda ex re quâdam percipit, & incommoda ferre debeat, ideo emphyteutam ad solutionem collectarum adstrictum esse, rectè infertur. Oneira enim possessorem fundi sequuntur, eaque nomine fructuum præstantur. Carpz. p. 2. Conf. 38. def. 18. Et hæc quidem quo ad emphyteutam privatum indubie obtinent. An autem emphyteuta Ecclesiæ collectarum, seu tributorum oneri sub-

E  
jugan.

jugandus sit , item an transeuntes milites ? hospitio excipere  
 teneatur ; inter Ddres multum variat . Primam questionem  
 quod attinet , Caspar . Klock , tract . de contrib . cap . 11 . n . 189 . &  
 multis seq . speciosis sanè argumentis contendit , emphyteu-  
 tam Ecclesiæ contributionum sarcina , ut loquitur , subjici-  
 endum esse . Antequam ulterius procedamus , obiter monu-  
 isse proderit , Emphyteus in Ecclesiæ non à subjecto , vel con-  
 stituente , vel recipiente , sed objecto dijudicandam esse . Non  
 itaque eo magis emphyteus in ecclesiastica erit , quod Cleri-  
 cus bona sua patrimonialia in emphyteus in converterit , uti  
 nec ideo , quod laicus personæ ecclesiasticae sua bona in em-  
 phyteus dederit , quia horum bonorum conditio per mu-  
 tationem possessorum non mutatur , neque tributorum in-  
 dictione per additionem Ecclesiæ factam , si anteas iisdem  
 obnoxia fuerint , eximuntur , arg . cap . 8 . & . II . X . de decim .  
 Vallens . in parat . de immun . Eccl . num . 3 . & seq . add . Engel .  
 ad . tit . de . feud . X . num . 9 . sed unico , & solo casu , quo , de rebus  
 Ecclesiæ disponendi jus habens , in iis juxta formam in cap .  
 ambitiosa un . extrav . d . reb . Eccl . non alien . (quæ Pontificis con-  
 stitutio quatenus apud Catholicos obtineat , apud Vallens .  
 in parat . d . reb . Eccl . non alien . videri meretur ) emphyteus in  
 constituit , ecclesiasticam poti , & verè talem denominari  
 censemus . Engel . d . I . Francisc . Fulgin . d . tr . rubr . de ineliora-  
 mentis & expensis . quest . 10 . n . 14 . Hoc præsupposito , dicimus ,  
 Emphyteutam in bonis Ecclesiæ , antea liberis , emphyteus in  
 constitutam habentem , contributionum collectarum ve-  
 nere exemptum esse , non quidem per rationem Bartoli ad l .  
 private . C . de excusat mun . quod scilicet emphyteuta non de-  
 beat gravari dupli onere , hoc autem futurum sit , sin pensi-  
 onem Ecclesiæ , & Fisco tributum solvere deberet . Etenim  
 hæc ratio & emphyteutam privatum ad onera publica præ-  
 standa non teneri , inferret , adeoque nihil probat . Sed  
 po-

Potius per regulam, quam ponit Fachinæus. l. C. 91. quâ sustinet: toties emphyteutam ad onera relia publica non teneri, quoties dominus directus, rei emphyteuticæ ad huc possessor, iis præstandis obnoxius non erat. Atqui Ecclesia obnoxia non erat. Ergo. &c. assertio in majori posita probatur evidenti textu l. *privata.* 10. C. d. *excusat. mun.* Minor quoque perspicua redditur ex l. 2. C. de *Episcop. & Clericis.* cap. 1. de *Immun.* Eccl. in. 6. Add. Engel. tr. *de privilegiis. & juribus monasteriorum.* privileg. 2. num. 5. Huius argumento accedit aliud ejusdem roboris, nimirum emphyteuta possidet rem immunem à collectis, cum bona ecclesiastica, ad quotum classem etiam refertur emphyteutis Ecclesiae, l. un. *vers. contra quis.* &c. de *imponendâ lucrativâ descriptione.* nulli contributionis oneri subjaceant l. placet. C. de SS. Eccl. cap. non minus X. de *immun.* Eccl. Ad alteram questionem eadem pertinet decisio. Nam licet ratio, liberationem ab hospitationibus inducens (quam videlicet apud Tabor. de metatis p. 2. cap. 3. num. 9.) clericos, eorumque conditionem respiciat, adeoque in emphyteutâ quadantenus cesseret; attamen & illius domus generali exemptione gaudet. l. 1. & 2. C. de *Episc. & Clericis.* Exceptiones quas dam adducit Tabor d. l. p. 93. qua, sicut ratione non destituntur, ita comuni necessitate premente, nullus emphyteuta Ecclesiastico querulandi locus relinquitur.

### CAPUT III. QUIBUS MODIS EMPHYTEUSIS FINIATUR.

#### THEISIS I.

**R**ESTAT, ut de Emphyteuseos amissione videamus. Subsistit autem, ac retinetur tamdiu, donec temporis, ad

E 2

quod

quod concessa est, terminus, vel causa, ob quam amittatur, existat; Tempus quod attinet, de eo expresse conveniri debet. De quo si non appareat, emphyteusis regulariter est perpetua, l. i. pr. & §. i. l. b. t. Hoc est: durat tam diu, quamdiu pensio, sive redditus pro ejusmodi bonis Domino praestatur, ut explicat Imperator in §. 3. l. de locat. & conduct. Nече hic ullam inter ecclesiasticam, & civilem cum Fulgineo, d. tr. rubr. de contr. emphyt. q. 12. num. 13. hanc quidem in perpetuum, illam verò in tertiam generationem concessam censeri, existimante, constitutimus differentiam. Siquidem vigore Nov. 120. cap. 6. Imperator Ecclesiae jus privatorum concessit, privatorum autem jura ejusmodi titulo quæsita, ad heredes sunt transitoria arg. d. §. 3. Eaqué sententia multò magis de jure canonico procedit, quo bona ecclesiastica, adhibitis consuetis solennitatibus, prouersus alienari, t. i. x. d. rebus Eccl. non alien. proinde eo fortius in emphyteusin dari possunt, ut bene argumentatur Frantz k. d. laud. cap. 9. n. 19. Add. Zoës ad tit. ff. locati conduct. num. 67. Bachov. 1. disp. 29. th. 10. l. a. Ubi Novella septimæ caput tertium per Novelam 120. correctum ait; aut saltem intentionem generalem illius, per hanc ad Ecclesiam Regiæ civitatis restringi, & ita exceptionem facere regulam in casibus non exceptis. Dils. Engel. ad tit. x. de locat. & cond. cum omnibus fere canonisticis & antiquis Dd, quos Zasius d. loc. attestante Frantz kio ovibus ducem sine judicio sequentibus assimilat. Sed quid si ad tertiam generationem Emphyteusis concessa, an includatur persona primi acquirentis; utrum potius prima generatio incipiatur a filio? Resp. Fulgin. d. tr. rubr. de contr. emphyt. queſt. 2. formulam concessionis: AD EJUS, VEL IPSIUS TERTIAM GENERATIONEM, hoc inducere, ut persona acquirens non comprehendatur. Cujus sententia fat. s probabilis, cum nemo se ipsum generare possit, & prima gene-

generatio fundamentum primæ relationis inter patrem, & filium ponat.

## THE S. II.

**C**AUSÆ, propter quas finitum emphyteusis, vel sunt communæ, vel propriæ. Vid. Struv. S. I. C. Except. XI. thes. 72. Causa communis contingit (1.) si per mortem emphyteutæ nullis, sive testamentariis, sive ab intestato relictis hæredibus, emphyteusis vacet, & ita cum Dominio directo consolideretur. §. 3. Inst. de usufr. Struv. S. I. F. cap. 15, th. 3. Econtra proprietas per obitum Domini directi vacans, cum emphyteusi non conjungitur, quia illa non ab hac, uti hæc ab illâ, dependet. Vid. Strick. Exam. I. F. cap. 22. quest. 7. Anton. Pergrin. de I. F. lib. 4. tit. 3. p. tot.

## THE S. III.

**C**ONTINGIT (2.) cessione, seu renunciatione Domino ab Emphyteutâ, consensu Domini, factâ. Contrarium quidem videtur afferendum: nimurum & invito Domino jus suum renunciare emphyteutam posse, cum & supra Domino invito alienandi potestas eidem sit asserta, & plus præstare videatur, qui, quod dominio directo deest, cum hoc consolidati, ac conjungi patitur. Accedit argumentum à feudorum refutatione liberâ desumptum. Verum nihilomagis, Dominio non consentiente, emphyteusis refutari potest, eò quod emphyteutæ integrum non sit, resiliere à contractu, qui ultrò citroque obligatorius est, & mutuas præstationes habet, per l. s. C. d. O. & A. Fulgin. d. ir. rubr. d. renunc. quest. 5. Bachov. d. disp. 29. th. 13. lit. D. Plura hac de re eleganter congerit, rationem differentiæ inter feudum, & emphyteusin ostendit, ac præterea fallentias quasdam notabiles subicit, Carpz. p. 2. Decis. 139. Inter quas & illa est: Si consuetudo sit in contrarium, qualem in Galliâ vigore testatur Tiraquell. de retr.

§. 1. num. 13. in Sabaudiâ Anton. Faber. d. loc. defin. rr. ubi quoque subjungit, emphyteus in deterioris conditionis tempore, quo refutatur, esse non debere, quam quo accipiebatur, nec quicquam impedit, quo minus vacuam possessionem Dominus nanciscatur, simul & refutantem ad solutionem omnium, ex præteritis annis reliquarum, pensionum astringi posse.

## THE S. IV.

**P**orrò (3.) ad causas communes pertinet rei interitus non particularis, sed totalis §. 3. Inß. d. locat. & cond. Siquidem partis interitus nocet emphyteutæ, & quamdiu aliquid superest ex fundo emphyteutico, totius canonis, sine diminutione, præstandi necessitatem, simul superesse, supra cap. th. 4. ex Gail. 2, O 23. demonstravimus. Quod tamen perpetuum non est, sed haec tenus moderandum existimamus, uti si tale onus sit, ex cuius gravitate, & comparatione cum annuo reditu locationis proportionem habeat, possessori utique succurrentem sibi, nimurum, ut pro partis amissione magnitudine remissio saltem aliqua fiat, ne pensio præstanta fructuum quantitatem superet, & emphyteuta ipso conduceat deterioris conditionis efficiatur. Anton. Faber in C. d. loc. defin. 37.

## THE S. V.

**R**eferenda huc (4.) insignis deterioratio fundo emphyteutico dolo, vel culpâ latâ possessoris, seu ante dictum, illata, sanè causa ob quam juris sui privationem mereatur emphyteuta, eò quod faciat contra propriam naturam contrâstus, qui talis est, ut res melior retur; Cui cum non steterit possessio, & que privatur jure suo, ac si canonem non solvisset, auth. qui rem C. de SS. Ecol. Carpz. p. 2, def. 23. & 24. Deteriorationem notabilem, & proprietati noxiâ intelligi deberi, supra inquit, unde deterioratio in perpetuum rei emphyteuti-

teuticæ damnum non tendens, sed, quæ fructibus colligendis forte obest, huc non pertinet; ratio est: quia emphyteuta licet non plenæ proprietatis, fructum tamen dominus est, proinde illius causam intactam conservare tenetur, fructuum vero percipiendorum rationem, si deteriorem reddat, id illi soli damno est. arg. l. 9. C. de pign. atq. Fulgin. d. tr. rubr. de varis radic. q. 2. num. 25. & seq. Hæc privatio eatenus extenditur, quatenus emphyteusis deteriorata est. Unde, si quis plures fundos in emphyteusin acceperit, & ex his unū forte deteriorarit, non ideo privandus omnibus, sed solo deteriorato. Pœna enim non debet egredi delictum l. 11. l. 13. de pœnis. Idem dicendum, si emphyteusis divisim, aut etiam indivisim cum aliis possidens in parte male versatus fuerit, nam culpa tertii alii nocere non debet. l. 22. eod. Carpz. d. defin. 23.

## T H E S. VI.

**C**Ensum denique (5.) causatum communium implet præscriptio, eaque 30. vel 40. annorum, ceu longissimi temporis. Idque diversimode: vel ut Dominus directus præscribat dominium utile, vel vice versa, ut emphyteuta per præscriptionem acquirat dominium directum; Posteriorius contingit, quando emphyteuta canonem intra 30. vel 40. annos non solvit, licet eo nomine interpellatus fuerit, Dominus autem ejus denegationi continuo acquieverit, arg. l. ult. C. d. præscript. 30. vel 40. ann. Struv. Exc. civ. XI. th. 72. n. 1. Carpz. p. 2. c. 3. def. 7. Quod equidem nullum habet dubium, si juris civilis sanctita intueamur, quippe secundum quæ solus lapsus temporis, citra aliam quandam qualitatem concurrentem, præscriptionem absolvebat, l. 3. §. 4. C. d. 1. Ast cum de jure Canonicō etiam præscriptio 30. vel 40. annorum, sine interventub. f. haud perficiatur, non aliter emphyteuta in jure, quod prætendit, tuetur, quam si lapsus annorum bona fidei

con-

coniunctus sit, seu emphyteuta existimet, quod jure suo, seu proprietatis rem possideat, eamque alteri nullo jure affectam esse, credat, ceu benè monet Brunnem. *ad l. 2. C. de prescript. 30. vel 40. ann.* Quo etiam inclinare videtur Hahn. *ad tit. Si aiger vect. &c. num. 3. in quest. 17.* dum dicit, emphyteutæ tum demum præscriptionem prodeße, si titulum alleget, de canone solvendo interpellatus. Unde secus seſe res habet, quando emphyteutam in malâ fide constitutum esse, appetit, quippe quæ omnem etiam immemoriam præscriptionem impedit. *cap. fin. X. de prescript.* Eaque inde facile colligitur, si is titulum vitiosum alleget, aut rem in emphyteutis sibi datam esse sciverit, Brunnenm. *conf. 128. num. 45. & seqq.* Illud interim in confessio est, præscriptionem nullatenus procedere posse, quando emphyteuta causam possessionis haud mutaverit, sed seſe lempre pro tali gesserit, quia titulo alieno possidens haud præscribit, *arg. l. 2. l. 7. §. ult. C. de prescript. 30. vel 40. ann.* Cujusque anni pensionem 30. annis præscribi, tametsi res ipsa præscribi non possit, tradit Brunnenm. *in d. l. 7. §. ult.* & cum eo communis Ddrum schola, cum eadem ratio sit pensionis, seu canonis, quæ reddituum ex ultimâ voluntate, vel stipulatio- ne debitorum, Nescio tamen, an non forte contraria senten- tia à Bachovio *ad Treutl. vol. 2. disput. 21. th. 3. lit. I.* defensa probabilior videri debeat. Prius cādem ratione, & iisdem terminis præsuppositis contingere posse, nullum est dubium, Puta, ut, si Dominus directus possessionem fundi naectus fue- rit, & emphyteutæ jus suum negaverit, utile dominium ab eo præscribi possit, Bach. *ad Welsenb. t. t. si aiger Vectig in fine.* Quod tamen itidem secundum juris canonici principia ad eum casum restringi debet, quo bona fides insimul Domino patrocinatur *d. cap. ult. X. d. prescript.*

THES.

Causam propriam ob quam amittitur emphyteusis, constituit (i.) illicita ejusdem alienatio, respectivè sine oblatione emendi prærogativæ, & denunciatione, aut certificatiōne factā l. 3. C. h. l. Struv. Exc. XI. th. pen. supra. cap. 2. th. XI. & seqq. ratio est, quia emphyteuta in casu omnis alienationis dominum laudemio, in casu venditionis insuper jure promisseos, fraudari admissus fuit. Caducitas hæc inducitur, sive simpliciter, dummodo cum effectu, sive sub lege commissoriā, aut in diem additione, celebrata fuerit venditio. cum non eo magis, quod deficiente conditione facile resolvi queat, dominii translationem suspendat, & proinde dispositio d. l. 3. merito locum inveniat. Nec ad rem facit, effectu resolutivæ conditionis posito, contractum non ex nunc, sed ex tunc resolvi, adeoque nunquam celebratum videri. Utut enim hæc fictio respectu aliorum effectuum admitti possit & debeat, veritati tamen fictio cedit, nec hæc tantum operatur, ut quod verè est, & fuit, non esse, aut fuisse faciat, sicuti nec eo extendenda, ut jus Domino occasione puræ venditionis, cuius positione Dominum contemnere non cœribuit, eunderaque laudemio, imò ipso directo dominio fraudari in animo habuit, acquisitum tollat. Quod facilius consequemur, ubi sub pacto de retrovendendo venditionem factam esse constiterit, siquidem non ex tunc, sed ex nunc, contractum hunc resolvi communiter obtinuit, Zoes ad tit. locat. cond. num. 90. & proportionaliter Frantz k. d. tr. cap. s. num. 62. A contrario sensu sequitur, per alienationem sub causa suspensivæ factam, emphyteusis non committi, cum pendente conditione emptori jus in re nullum quæsumum, sed omne in suspenso sit. Multo minus caducitas inducitur, si contractus per se nullus appareat, licet traditio in sequuta sit,

actus enim nullus , effectum nullum producere potest , l. 5. C. d. II. cumque ex tali contractu , dominii illicita translatio , causa caducitatem inducens , fieri nequeat l. 31. de acq. R. D. neque etiam effectus , qui est privatio , insequiri potest . Zoes. d. I. n. 92. ubi de his notabilia videri poslunt . Frantz. cap. 14. n. 102.

## T H E S. VIII.

**A**lienatio itaque inciso Domino facta , facit rem committi , & quidem totam , si tota , partem , si pars perfecte alienata fuerit . Struv. S. I. F. cap. 13. aph. 9. Carpz. 2. cap. 38. defin. 13. adeo , ut peccantem emphyteutam recuperatio rei alienatae , extra pecuniam caduci minimè ponat , quod delictum punitientia non deleatur , & jus continuò quæsitum domino , alterius facto , ei nonsit eripiendum . Zoes. d. I. n. 98. sed potius convenientia juris remedias suppeditanda , quibus emphyteus in ipso jure commissam à quibus cuñque possessoribus repetat , & vindicet . Sed an rei vindicationi , quam hic Dominus afferimus , præstib[us] possit , non satis inter Ddres convenit , de quo vid. Struv. Synt. I. F. cap. 13. a. 10. num. 4. Missis Ddriūm opinionibus , recte videatur concludere , emphyteutam , bonâ fide per 10. vol. 20. annos in quietâ possessione rei emphyteuticæ continentem , exceptione præscriptionis se tueri posse , quia possessio cum affectione , & animo sibi habendis conjuncta , per tempus legale non interrupta , aliisque requisitis munita , ad acquirendum dominium prodest , multò magis ad excipiendum l. ult. C. de longi temp. præscr. siquidem , dominio directo hac ratione Domino ablato , hic contra illum frustra rei vindicatione , deficiente jure in re , ceu omnis actionis realis fundamento , experiretur . Zoes. ad tit. ff. de n. surp. & usuc. num. 47. & 48. Facit huc textus expressus in l. 7. iu. fin. C. de hered. petit . ubi eleganter dicitur , quod intentio agentis rei vindicatione per usucaptionem , vel per longum tem-

tempus , accedente scilicet bonâ fide , explodi possit ; Non obstante l. 3. C. de praescript. 30. vel 40. ann. quippe quæ loquitur de possessore in malâ fide constituto , qui ad elidendam rei vindicationem , opus habet præscriptione 30. annorum .  
adde Brunnem . ibid.

## THE S. IX.

**S**Ecunda specialis , imò & principalis causa , ob quam emphyteusis amittitur , est , si canon per triennium in emphyteusi civili , l. 2. C. h. per biennium in ecclesiastica , can. poruit . X. de locat & cond. ( quod brevius tempus favore Ecclesiæ constitutum est ) non solvatur . Ubi non attendendum , quanta sit pensio , siquidem & unus nummus , canonis nomine præstandus , si solitus non fuerit , totam rem committi faceret , quia solutio non metienda ex quantitate pensionis , sed ex recognitione dominii directi , quam unice respicit . Unde exsurgit quæstio an emphyteuta solidum non solvens , omni jure cadat ? Quandoquidem pœna privationis non tam introducta est propter pecuniarium interesse Domini ( quod in stipulationibus pœnalibus regulariter obtinet Vinnius s. q. 2. q. 2. ) quam potius , ut emphyteuta , canonem solvendo , dominum recognoscat , & verò partem solvendo actualiter ejusmodi recognitionem fieri , negari haud possit , poenâ caducitatis emphyteutam plecti , iniquum foret , ut pote , quæ propter dolosè meditatam dominici juris interversionem , constituta & inducta est , Carpz. p. 2. cap 38. def 4. Bachov. i. Disp. 29. th. 12. lit. E. vers. quid si emphyteuta &c. Facit huc , quod partem debiti solvens , totum approbare censeatur , l. 7. §. ult. de Sçto Maced. Disp. Zoes. d. loc. num. 77. Consequitur inde , nec plures heredes , in communione viventes , propter partem non solutam jure suo , ne quidem quoad partem , cadere . Bachov. d. loc. lit. F. Fachinæus. 1. cap. 97. Ex quo verò canonis

solvendi obligatio, præviâ divisione ipsius fundi emphyteuti-  
ci divisa est, & unus alterve canonem, ratione partis in divi-  
sione sibi assignatae, neque totum, neque pro parte solverit,  
hic merito privationis pœnam incurrit, Carpz. p. 2. c. 38. def. 5.

## THE S. X.

**A** Deo autem emphyteuta propter canonem triennio non solutum jure suo excidit, ut, etiam si à Domino interpellatus non fuerit, l. 2. C. h. t. (dies enim interpellat pro homine, l. 12. C. d. contrah. empt.) nihilominus ipso jure prævatio inducatur; eò quod lex cessationi canonis pœnam caducitatis indixerit, l. 2. C. b. 2. quamvis, ut hic effectus legis sequatur, necessum sit, de facto constare, an cessatum sit, & Dominum jus suum exercere. d. l. 2. ibi. *Domino volente*, Bachov. d. Disp. th. 12. lit. B. Disl. Zoes. d. loc. num. 91. Carpz. 2. cons. 38. defin. 1. Neque mora hic admittitur purgatio, quoniam, ubi pœna, & dies adjicitur, mora non purgatur. Vinnius S. q. lib. 2. q. 2. & solidè Bachov. loc. cit. lit. D. Accedit, quod jus parti temel quæsitum, eidem per oblationem canonis justo tempore non soluti, etiam ante declarationem caducitatis factam, auferri non debeat. Et hæc in emphyteusi civili rationibus satis firmis subnixa putamus, licet emphyteutæ Ecclesiastico permissum sit, moram celeri satisfactione purgare. cap. fin. X. de locat. & conduct. Fulgin. d. tr. rubr. de solut. can. 4. 6. per. tot. Carpz. p. 2. C. 38. def. XI. rationem benignitatis canonice adfert Zoes. d. loc. num. 83. quod, ut Ecclesia durius agat, inducens jus commissi propter cessationem biennii, ita vicissim mitius procedendum, neque continuo promeritam pœnam irrogandam esse, existimatum fuerit. add. Fachinæus 1. cap. 98. A Domino directo emphyteutæ civilis, caducitati obnoxia, eandem benignitatem vix impetrabimus, ut pote, qui jus suum, SI VELIT, exercere,

cere, suamque voluntatem, vel tacitè vel expressè declarare potest. Vinnius *loco cit.* Eleganter hinc queri potest. an Dominus commissio renuncia se censendus sit, qui sciens canonem exigit, aut oblatum accipiendo, emphyteutam ad recognoscendum admittit? Quod utique affirmandum. Etenim ut solidissimè demonstrant Anton. Faber in *C. de jure Emphyt.* def. 6. Bachov. d. *Disp. 29. th. 12. lit. E.* Vinnius. 2. f. q. 3. emphyteuta, canonem non solvens, duplici de causâ jure suo privat, tum quia pensionis damno Dominum afficit, tum præcipue, quod non solvendo canonem, emphyteutam se negare videatur. Cum verò post elapsum tempus & emphyteus in commissam, canonem solvit, utrumque hoc vitium purgat, & Dominus ipse, recipiendo canonem, solventem pro emphyteuta agnoscere videtur, siquidem renunciatio etiam tacitè, & factò contrario fieri potest, cap. 19. *X. de censibus.* cap. 20. *X. d. officio deleg.* Befold. *conf. 46. p. 2.* etiam si emphyteus sit ecclesiastica. Mantica *detacitis & ambig. conv. lib. 22. tit. 33. num. 16.* Facit, quod jus commissi quoddammodo sit penale, simul autem res ipsa, & pena peti non possit, cap. 40. *de R. I. in. 6.* Nec hisce quicquam derogat, canonem solvi pro perceptis fructibus, poenam verò infligi ob cessationem solutionis, ergo cum & fructus percepere, & solvere canonem cessarit, hunc postea oblatum accipi posse, nec tamen per hoc caducitatē renunciatum intelligi. Si quidem prius assumptum verum non est, Carpz. p. 2 *conf. 38. def. 6.* alias eiusdem emphyteuta cum colono conditionis esset, l. *pen. ff. locatior. cond.* Secus dicendum, si & res, & pena ex conventione debeatur, cuius generis species quasdam adducit Vinnius *loco cit.* ubi, simul inquirit, an contrarium statuendum, si Dominus canonem præteriti temporis cum protestatione accipiat? quod quidem ibidem affirmat, eò quod protestatio conservet jus protestantis. Ast cum protestatio hæc incom-

patibilia inferat, cum simul stare nequeat, rem seu commissam vindicare, & tamen canonem emphyteuticarum accipere velle, sanc ea nihil operabitur, Carpz. p. 2. Conf. 38. def. 6. num. 10. limitations quasdam prioris decisionis, videbis apud eundem d. conf. 38. def. 7. Illud etiam indagatione non indignum, an per alium factam solutione canonis, evitetur pena commissi? Affirmandum videtur, eo quod non inter sit Domini, à quo canonem accipiat, Zoes. d. loc. num. 79. Sed negativa fortassis probabilior, tum, quia tecognitio factum quoddam personale constituit, dum emphyteuta animum suum erga Dominum declarare, cumque solutione canonis pro tali agnoscere debet, tum quia Dominus, nisi ultrò velit, solutionem à tertio nullo mandato instruētum, acceptare haud tenetur. Fulgin. rubr. de solut. can. q. 1. num. 323. Hinc sponte sua fluit, aliud dicendum esse, si solvens mandato instrutus esset, cum hoc ipso emphyteuta animum ad recognitio nem compositum exprimeret, arg. cap. 77. de R. I. in. 6. quo Zoes. etiam suam doctrinam in fin. d. num. 79. restringere videtur.

## T H E S. XI.

**V**ARIÆ h̄c in puncto amissionis emphyteusos, propter canonem non solutum, discuti quæstiones solent, quas ut & nos sub incudem revocemus, instituti ratio exigit. Et quidem (1.) an compensatio faciat evitari pœnam commissi? Quæ quæstio, si per communes juris regulas determinanda, affirmanda utique esset; Sed cum illo demum casu compensatio operetur effectum suum, quo debitum, quod compensatur, est simile, ejusdem rationis, & privilegii, ast verò facile evincatur, pecuniam emphyteutæ debitam, ejusdem rationis, & privilegii cum canone non esse, eò quod hic adjunctam habeat contestationem animi recognoscens, sive quod hic non consistat tantum in solutione conventæ quantita-

tatis, sed etiam in recognitione directi dominii, quæ censetur potior quantitate canonis, & principalior obligationis pars, in negativam pronior sum, nimirum non ipso iure, ut alias regulariter compensatione canonis debitum tolli, *l. 4.C. de comp.* sed ad hunc effectum emphyteutæ requiri, scilicet perentis canonem cum suo debito in quantitate & qualitate compensari, quo ipso obligationi satisfaciens, poenam commissi effugit, quia illud, quod in obligatione canonis praestandi dissimile continetur, & plus est, quam in simplici debito, hoc ipso præstat, vid. Zoes. *d. loc. n. 18.* eaque contestatio ab emphyteutâ tempestivè facta, retro à die mutui contracti debiti operatur, suumque effectum sortitur *d. l. 4.C. de compensat.*  
 Quaritur 2. an stipulatio poenalis in casum non solutionis directa, inducat renunciationem caducitatis? quod negatur, inducta namque ad certum effectum non debent operari ejus contrarium, iam autem poena non adjicitur, ut obligatio fiat infirmior, aut regulatis feudi natura in ordine ad necessitatem solvendi canonis magis magisque alteretur, sed ut firmetur. Erit itaque salvum Dominio jus commissi, quod ultius ratiocinante. Fulgineo de solut. *Can. quest. 1. num. 88.* poena sit adjecta in odium non solventis & in favorem Domini, ac proinde in ejus odium non debeat retorqueri, Bachov. *d. l. 1b. 12. lit. F.* Declaratur hæc sententia, ut stipulatio poenalis alternationem inferat, utrumque vero & poena & commissum peti nequeat, ne idem bis petatur! *l. 57. d. R. I.* Tertio, an iusta ignorantia qualitatis emphyteuticæ, possessorem libaret à poenâ commissi? Affirmatur: sicuti enim, qui dolo negat, se emphyteutam esse, iure suo cadit, ita innocentier ignorans veniam meretur, Fulgin. rubr. *de variis Caduc. quæst. 5.* & magis accommodate ad propositum Anton. Faber. *in Cod. a. loc. defin. 7.* Carpz. *d. loc. defin. 10.* Potro (4.) licet supra dictum sit, canonem esse de essentiâ juris emphyteutici, extra dubium tamen

tamen est, pactum, ne propter omissam solutionem cadat iure suo emphyteuta, valere, cum pacta dent legem contractui, & per hoc pactum pena quidem caducitatis, canonis praestandi necessitas vero neutquam remittatur, Zoef. d. loc. n. 90.

## THE S. XII.

**H**ec de causis privationem emphyteusos inducentibus dicta sufficiant, quæ utpote penales potius restringendæ, l. 42. d. pœnis. Unde (1.) ob non petitam renovationem investituræ, intra annum & diem emphyteusis non amittitur, licet de hoc in feudis vix dubitetur, Struv. S. I. F. cap. X. apb. 8. Etenim argumentum à feudis sæpe quidem procedit, Everhard. in suis locis legal. loco à feudo ad emphyt. pag. mibi 227. attamen in penalibus, ceu odiosis, quo & privatio rei emphyteuticæ quodammodo referenda est, neutquam locum habet; Ne tamen mora in petenda investiturâ commissâ inulta transeat, concederim arbitrio judicis penam v. g. multam pecuniariam justissimè imponi, Carpzov. p. 2. conf. 38. def. 20. Nec ab hac liber erit, si laudemium debito tempore non præstiterit. Bachov. th. 12. lit. A. Hæc assertio à quibusdam limitatur: nisi forsan fraus cessatione solutionis intentata fuerit, ut hoc casu quidem caducitatis locus esse debeat, cum fraudibus quovis modo obviandum, & via iis præcludenda sit, sed de limitationis hujus veritate non immerito dubicat, Frantz. d. tr. cap. ult. n. 9.

## THE S. XIII.

**E**mphyteusis finita redit ad dominum, & quidem in tali statu, quo à Domino collata fuit, puta si onera quædam à posseffore imposita, quippe noto notius, resoluto jure dantis, resolvi & jus accipientis, l. 31. d. pignor. Faber. dicto loc. defin. 56. ubi latius hæc examinat. Doctrinæ tamen ejus distinctione, inter causas finiendi necessarias & voluntarias à Ful-

gin.

gin. rubr. de renunciat. quest. 3. tradita subjugatur, quos sum  
me brevitatis studio remitto. Ad quem verò finitā emphy-  
teusi meliorationes in emphyteusin facta pertineant, diffici-  
lis est indaginis; Quā in re, ut ordine procedamus, præmit-  
tendum, melioramenta esse ea omnia, quæ emphyteusi ac-  
cedunt, fundumque meliorem reddunt, & augent; suntque  
vel naturalia, vel industrialia. Naturalia sunt, quæ naturā  
cooperante producuntur, ita, ut licet quandoque factum ho-  
minis interveniat, tamen illa huic prævaleat; Et de his sermo  
fuit cap. 2. th. 5. Industrialia sunt, quæ operā, & facto homi-  
nis prædio accedunt, suntque alia ordinaria, alia extraordi-  
naria. Ordinaria sunt, ad quæ facienda per naturam contra-  
etus emphyteuta obligatus est, qualia sunt: infondere, implan-  
tare &c. Extraordinaria sunt, ad quæ facienda ex naturā, &  
lege contractūs emphyteuta haud tenebatur: ut si sumptuo-  
sus ædes extruxerit, molendina ampli redditūs ædificari, &c.  
& hæc decisionis mox subjugendæ causæ subdistinguenda  
in ea, quæ per se subsistunt, ut prædium ab emphyteutā com-  
paratum, & quæ per se non subsistunt, sed solo, cui adjiciunt-  
ur, tanquam suo subiecto, inhærent, illiusque pars efficiuntur;  
cujusmodi est domus, molendum: &c. solo emphy-  
teutico inædificatum. His præmissis, incrementa naturalia  
quod attrinet, supra cap. 2. th. 5. sustinuimus, illa potestate rei  
suzæ acquiri emphyteuta jure utilis dominii; & proinde,  
quamdiu emphyteusis durat, sine dubio ad illum spectant,  
hac verò, sive tempore, sive culpā emphyteutæ finitā, pleno  
jure ad Dominum revertuntur, sine ullâ etiam compensatio-  
ne, cum hoc unicè spectetur, quod beneficio naturæ prove-  
derint. arg. l. 7. §. 1. & 2. de A. R. D. l. 11. §. 6. de publ. in rem  
action. Frantz. d. tr. cap. 15. n. 63. Industrialia verò quod  
concernit & quidem ordinaria similiter posteriori casu Do-  
mini manent Frantz. d. loc. num. 65. nec per emphyteutam

G

repe-

repetuntur, Fachin. 1. contr. 92. Struv. hic tb. ult. cum talia fiant pars conventionis cum Domino initæ, l. 79. de contrah. empt. & proinde, licet valde insignia sint, tamen idem dici debeat, Gothofr. ad l. 61. locati. Brunnem. ibid. num. 2. Extraordinaria autem, eaque per se subsistentia, seu extrinsecus fundo emphyteutico unita, pleno quippe jure emphyteutæ acquista, post emphyteusin qualitercumque finitam manent emphyteutæ. Ratio in eo consistit, quod talia quidem uniantur cum prædio physicè, & corporaliter, dum proximè illi adjacent, haud verò civiliter, & intentionaliter, nimur in qualitate emphyteuticâ; in hac enim, solâ voluntate & destinatione emphyteutæ, uniri non possunt, sed voluntate domini sive expressâ, sive tacitâ opus est, quâ & rei illius dominium directum acquirere velle constare possit, cum itaque hæc melioramenta separatam & distinctam essentiam habent, nullo jure ad Dominum directum cum emphyteusi conducâ transire possunt. Frantzk. d. tr. c. 15. uum. 93. præp. mis quando agitur de quantitate magnâ, & non contemnendâ, Richter, consil. 381. quia uti in totum hic deficit voluntas emphyteutæ donare volentis, l. 25. princip. de donat. ita ipsa lex contractus emphyteutici contrarium suadet.

## THE S. XIV.

**F**acilior est decisio circa melioramenta per se non subsistentia, sed solo, ceu subiecto, cohærentia; cum enim supra, cap. 2. tb. 6. demonstratum sit, omne, quod solo inædificatur, ad eum pertinere, cuius est solum, §. 25. & 26. Inf. de R. D. & tanquam partem soli, solum ipsum sequi, tanquam totum, ejusdemque cum hoc qualitatis effici. l. 70. de R. V. l. 27. §. pen. de pact. necessariò, & per legitimam consequentiam infertur, ut, quandocunque, & qualitercumque emphyteusis finiatur, etiam hæc melioramenta cum fundo emphy-

phyteutico, tanquam principali, cui connexa, ad Dominum deferri, præcipue, cum connexa, sive conjuncta pro uno corpore reputentur. cap. 32. de prob. in. 6. l. 7. §. 2. de danno infecto. Circa repetitionem expensarum tamen distinguendum, utrum culpâ possessoris amissa sit emphyteusis, vel potius generatione, aut alias tempore finito, ut quidem priori casu meliorationes omnes, sine recompensatione, idque in pœnam non servati contractus ad Dominum revertantur l. 2. ibique Gotofred. C. de I. E. Frantz. d. loc. num. 79. posteriori vero Dominus ad refusionem expensarum teneatur, quas emphyteuta deducere, aut exceptione doli mali opposita retinere potest; Bachov. 2. Disp. 20. th. 6. lit. B. ver. fit autem deductio. &c.

## THE S. XV.

**Q**uibus autem casibus, juxta prædeducta, emphyteusis in commissum cadit, & Dno directo meliorationes obveniunt, iis rei vindicationem contra quemcunque possessorum, & actionem personalem contra emphyteutam comparatas habet, quando nempe res commissa negetur, vel meliorationes ultrò cedi nolunt, cum autoritate propriâ nemo sibi jus dicere possit, l. 1. §. 2. quod legat. l. unic. C. ne quaest. in tua causâ &c. Sed contra renitentes, & contradicentes causâ cognitione, & sententiâ judicis opus sit. Bachov. l. 29. th. 12. lit. B. ubi contraria diluit. Exceptionem videsis apud Carpz. 2. 38. defini. 2. Sed quaeritur: si Dominus in vita emphyteusis commissam non dixerit, an successor illius caducam declarandi potestatem habeat? item, si contra committentem emphyteusis declaratio facta non sit, an contra heredem illius fieri possit? Quæ quaestio ut clarius proponatur, hæc circumstantiis suis sit descripta casus conditio. Emphyteuta continuo triennio cessavit canonem solvere, & ita ipso jure dominium suum utile cum directo consolidari fecit; Dominus autem

declaratationem voluntatis in repetitionem emphyteuseos caducæ tendentis ex causis forte differens, ipse, vel etiam emphyteuta moritur. Domini Successor contra pristinum emphyteutam, aut pristinus Dominus contra novum emphyteutam, vel pro tali se gerentem, rei vindicationem confessim, ex quo in dominio directo, vel novus emphyteuta in Dominio utili prætensi successit (vix enim dubitari potest, quin, si novus emphyteuta vestigis sui prædecessoris insistens per triennium non solvit, emphyteusis de novo committatur) instituit. Detentor fundi emphyteutici verò excipit, ius commissi contra defunctum emphyteutam, vel à defuncto Domino contra se exercitum non esse, adeoque pro nunc contra se, ad moræ purgationem celeri satisfactione paratum, frustra intentati, per rationes adductas à Carpzov. 2. const. 38. desin. 9. & Fulgin. de variis caducit. quæst. 8. & 9. Ubi hanc sententiam ex dinumeratione authorum magis communem dicit. Attamen exceptionem emphyteutæ fundamento destitutam procul dubio verius est. Etenim absurdissimum foret emphyteus in ipso jure ad Dominum reversam, solo ejusdem decessu, pristino emphyteutæ rursus acquiri, uti etiam hoc solo, quod emphyteuta, qui propter canonem triennio non solutum ius suum amisit, moriatur, ejus hæredi ius a missum reparari. Adde, quod morte, vel Domini, vel emphyteutæ causa, caducitatem in ducens, non tollatur, qui ergo effectus causam necessariò consequens, caducitatem puto, tolli possit, divinatione non licet assequi. Nec hinc divellor, sin dicas, privationem sapere vindictam, quam hæres in hæredem intentare nequit. §. 1. Inst. de perpet. & temporal. Negatur enim per hoc, quod Dominus rem suam petit, propriè vindicam exerceri; cum commissum propriè secundum naturam contractus emphyteutici, & conditionis ei adjunctæ pertinetur. Zoef. d. loc. num. 62. Adde, quod etiam dato, caducitatem

D D C num 11

tatem pœnam esse, non cōd magis emphyteuta liber erit, cum  
actio, qua petitur pœna, conventione tacitā, vel expresa pro-  
missa, etiam in hæredes detur, Vinn. ad §. 1. Inst. n. 3. perpet.  
& temp. act. atqui verò emphyteuta sub pœnā caducitatis  
canonem solvere promisit, ergo, &c. Probabilius itaque est,  
tam hæredem, quam illius antecessorem commissum petere,  
& in hunc finem quocunque tempore durationis causæ vo-  
luntatem suam declarare posse. An verò triennio lapsus, per-  
ceptos ante declarationem fructus emphyteuta suos faciat,  
utrum potius Domino emphyteus in vindicanti restituendi  
veniant? quæstio est non usque adeo expedita: Prius asse-  
rit, posterius negat Fachin. l. C. 94. & cum eo Carpz. 2. 38.  
def. 12. Sed cum, ipso fatente Fachin, finito triennio, po-  
testate legis emphyteuta jure suo privetur, sequitur declara-  
tione voluntatis, lege operante, effectus quoque privationis  
statim à finito triennio induci debet, neque enim declaratio  
illa privationem inducit, sed, Dominum jure suo uti velle, sal-  
tem ostendit, ac proinde retrò ex eo tempore, quo potestate  
legis emphyteuta privatus fuit, nihil amplius ex fundo sibi  
afflerere poterit, cui accedit, quod statuendo contrarium, ne-  
cessariò sequatur, l. 2. C. b. t. non nisi à tempore declaratio-  
nis sequitur operari, quod tamen d. loc. ipse Fachin. negat.  
Vid. Bachov. d. diff. th. 12. lit. B.

T H E S. Fin.

**D**Enique, cum juxta prædicta per consolidationem ple-  
num dominium postliminio quasi domino acquiratur,  
ultimi possessoris agnatus proximior emphyteus in præten-  
dere, & dominus huic renovationem ut faciat, cogi nequit,  
sive ex culpâ emphyteutæ, sive per conditionis existentiam,  
aut temporis, ad quod concessa fuit, lapsus, consolidatio  
illa contigerit; cum nulla valida ratio dari, neque ullus æqui-  
tatis

tatis prætextus adferri possit, unde hujus renovationis necessitas sustentaculum aliquod accipere valeat , Fach. i. C. 10, Et hæc quidem ad unam alteramve horam disputando confirmandam sufficient.

## F I N I S.

## COROLLARIA.

## I.

*P*roprietatum nullo jure & casu licitum est.

II. *Pacta cum hereticis inita servanda sunt.*

III. *Superveniens mala fides non destruit publicianam etiam de jure canonico.*

IV. *Venditio arrbis robora retractari nequit.*

V. *Constitutio feudal is I. F. s. ibi : cum nepte ex filio &c. etiam recte ad neprem ex filia extenditur.*

VI. *Dantur Comitatus Imperii , qui tamen non sunt feuda Imperii.*

VII. *Camera Imperialis jurisdictione cum Judicio Imperatoris Aulico jurisdictionem concurrentem habet , etiam quandoque, ubi de feudis Imperii controversia est.*



Marburg, Diss., 1698-1707

X 237 3079

WNA



